Iudex potest pro eruenda ueritate deferre iuramentum suppletorium parti non petenti. Item cogere notarium ad exhibenda sibi acta. Item reducere factum ad memoriam partium recordando reo exceptionem, & actori replicationem nu. 72.
73 *Assessor iudicis potest in facto opponere disputando ad veritatis indaginem.*
74 *Iudex an possit supplere pro absentibus, & nouas probationes inducere, & an contra absentem supplere possit. 75.*
76 *Iudex nunquam potest supplere inquirendo de iure tertij absentis.*
77 *Iudex an possit in criminalibus supplere pro reo absente.*
78 *Reo confitente delictum non habet iudex ad executionẽ procedere, nisi prius inuestigauerit de veritate confessionis, & nisi sibi constiterit de delicto confessato, & quid agere debeat, si confessio sit falsa.*
79 *Iudex an possit in criminalibus supplere pro accusatore absente.*
80 *Iudex absente accusatore, & reo, potest in eorum absentia testes examinare.*
Iudex potest cogere scientes ad iudicandum delictum. intellige vt ibi.
81 *Iudex an possit condemnare victum in expensis non petitis, maxime in factis ante litis contestationem. nu. 82. latissime.*
83 *Iudex non tenetur condemnare victum in expensis non petitis.*
84 *Iudex si omiserit condemnare victum in expensis, potest victor per totam diẽ qua lata est sententia petere, quod iudex suppleat condemnationem expensarum, & iudex supplere tenebitur.*
85 *Iudex an possit in quacunque parte iudicij officium suum impartiri.*
Iudex circa radicata in persona partis non potest officium, quod loco exceptionis proponitur, impartiri, nisi in termino ĩtra quẽ posset pars excipere.
86 *Iudex vsque ad quod tempus possit impartiri officium suum circa diffinitiuas, & interlocutorias in radicatis in sua persona.*
87 *Appellare an liceat a iudice non impartiente officium suum non postulatũ.*
88 *Appellari potest a iudice negligente impartri officium suum postulatum.*
89 *Grauamen illatũ ex negligentia iudicis, nunquam transit in rem iudicatã.*
90 *Iudex si non fuerit impartitus officium non petitum in casibus quibus non tenetur, & ad diffinitiuã processerit, a qua fuerit appellatum, an pars possit a iudice appellationis implorare officium non postulatũ a primo iudice.*
91 *Iudex a quo, si omiserit condemnationem expensarũ, quia non fuerunt petitę, an victor possit coram iudice ad quem petere, quod victus condemnetur in expensis non petitis in prima instantia, & declara, vt in nu. 93.*
Appellare an possit victor a sententia iudicis, qui omisit condemnare victũ in expensis non petitis.
92 *Expensarum iudicium an dicitur connexum cum causa principali.*
94 *Iudex negligens impartiri officium non petitum, an puniatur aliqua pœna.*
95 *Iudex negligens punire criminosos potest, tanquam conscius criminis conueniri.*
Iudex negligens punire contumaces, & pœnas fisco scribere, vel officium suum interponere in exactione debitorum fiscalium, priuari debet salarijs, & emolumentis acquisitis in officio.
96 *Iudex negliens facere iustitiam, qua pœna puniatur. remissiue.*
97 *Iudex an in dubio præsumatur impartitus officium suum ad postulationem partis, an vero motu proprio.*
98 *Citatio quare præsumatur facta ad petitionem partis.*
99 *Iudicis officiũ an sufficiat, si generaliter sit imploratum per clausulam, peto ius, & iustitiam ministrari, & vestrum benignum officium impartiri.*
100 *Clausula, peto ius, & iustitiam ministrari, & officium vestrum iupartiri sup deductis, & deducendis, ac emergẽtibus, incidẽtibus, & connexis, & eorum singulis. consulte ponitur in libello actoris, vel exceptionibus rei.*
101 *Iudex requisitus extra locum iudicij, non tenetur de neglecta iustitia.*
102 *Postulari a iudice non dicitur quod non postulatur eo sedente pro tribunali. quod ibi explicatur. & nu. 103.*
104 *Iudex non potest in causis summarij ferre sententiam deambulando.*
105 *Libellus, an requiratur in causa damni infecti.*
106 *Libellus requiritur in his, quæ implorantur iudicis officio nobili.*
107 *Opinio communis æquiparatur legi, & paria sunt iudicare contra legem, & contra communem opinionem.*
108 *Litis contestatio, an requiratur in causa damni infecti.*
109 *Sacramenta alia ecclesiæ sicut nihil valent sine sacramento baptismi, ita aliæ partes iudicii non valent sine libello.*

Dies.

§. Hoc autem iudiciũ. † Iste §. habet materiã vtilem, & quotidianam, quam Bart. modeste pollicetur velle aliqualiter attingere, licet adeo plene eam discusserit, vt alij parum addere valuerint. Propterea Bar. in l. j. C. vt quę desunt aduo. iud. sup. attestatur plenissime istam materiam hic tractasse. nos igitur vestigia Bar. calcãdo, examinabim⁹ sex principales articulos.

Primus erit, an iudex teneatur impartiri officium non postulatũ
Secundus, in casib. in quib. non tenetur, an possit impartiri officium non postulatũ. Tertius, an possit qñcunq;, & in quacunq; parte iudicij. Quartus, an a iudice negligente impartiri officium non postulatum possit appellari. Quintus an iudex negligens incurrat aliquam pænam. Sextus, an iudex in dubio præsumat̃ motu proprio interposuisse officium suum, aut ad petitionem partis. Septimus, an sufficiat petitio generalis solita apponi in calce libelli, super quib. oĩb. & singulis petit ius, & iustitiam ministrari, vestrum benignum officium implorantes. Circa primum, regula
1 traditur in hac l. † Iudex nõ tenet̃ impartiri officiũ nõ postulatũ. ad idem tex. in l. de pupillo. §. si quis opus. s̃. tit. j. Amplia, vt maxime procedat in his, quæ sine aliqua causæ cognitione expediuntur, vt est actus citandi partem, vel nunciandi nouum opus, secũdum glos. quam ibi no. d. Iac. col. 3. in d. l. de pupillo. §. meminisse.
2 Amplia secundo, etiam † si tex. loquat̃ per verba p̃cisa, & necessitatiua, vt in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. vbi dr̃, ꝙ oportet iudicẽ deferre iur̃m in supplementum, & tñ non tenet̃ deferre, nisi petatur, ſm Bart. in l. admonendi. col. fi. ff. de iureiuran. & sequũtur cõiter doct. quicquid dixerit Pan. in c. fi. in fi. eo. tit. q tñ non videtur in totum dissentire a cõmuni, vt j̃. dicã. Ex hac ampliatione
3 infertur † ad statutum disponens, ꝙ iudex teneatur cãm terminare cum consilio sapientis, vt debeat intelligi, si fuerit petitum, secundum d. Ant. de But. in c. pen. de iud. & d. Ale. ꝯsi. 122. viso pro-
4 cessu. col. fi. lib. 2. Secundo, infertur ad † statutum disponẽs, quod iudex teneatur cogere agnatos, & cognatos litigantes ad cõpromittendum, vt recipiat ꝯdõnẽ, si compromissum fuit ab aliquo petitum, ſm d. Ant. de Bu. in c. venerabilis. de iud. quẽ sequitur d. Ale. consi. 82. In cã vertente inter Pet. lib. j. & d. Ias. in repe. d. l. ad-
5 monendi. col. 10. Tertio infertur ad statutum † Paduanum disponens, ꝙ appellans debeat fideiubere de expensis restituẽdis, alias processus sit nullus. Istud debet intelligi, si a parte appellata fuerit fideiussio postulata. l. peto, §. fi. ibi, quod si cautio nõ fuerit desiderata. ff. de le. 2. quem tex. ad hoc no. ibi Pau. de Ca. & sequitur d. Alex. consi. 96. visis narratis. lib. 4. & bene facit tex. cum gl. in l. vniuersa. C. de preci. Impe. offer. Quarto infertur ad statutum mã-
6 dans iudici, quod teneatur lites determinare intra certum tẽpus sub tanta pęna, vt intelligatur, si fuerit requisitus, secũdũ d. Ant. & Pan. in d. c. venerabilis. de iud. & Pan. in cap. fi. de rescri. & Cal. consi. 4. sub rub. de pœ. Pau. de Ca. & Alex. in l. properandum. in prin. C. de iud. & Barb. in c. ꝯsuluit. col. 2. ff. de offi. deleg. & dom.
7 Phil. de Peru. in c. ex ratione in fin. de appel. Quinto, † infertur ad statutum mandans iudici, ꝙ debeat causas appłonum committere sub certa pena, vt sit interpretandum, dũmõ fuerit requisitus cum debita instantia, ſm Ange. consi. 240. quidam Matheus. & d. Alex. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi p̃tori. & ꝯsi. 19. viso ꝓcessũ. col. iii. lib. i. Sexto facit quod voluit Ang. Ale. & Mod. in l. debitorib. j̃. de re iud. vbi concludunt, ꝙ dispõ l. fi. C. de exec. rei iu. intelligatur, si illa dilatio quadrimestris fuerit petita condemnato.
8 Ampliatur tertio, † vt procedat, etiam si lex dicat aliquid ipso iure fieri, intelligitur tamen, si petatur, ſm gl. in l. scimus. in verbo, ipso iure. C. de inõffi. test. & gl. in l. si cõstat. C. de cõpensa. Quar-
9 to ampliatur, † vt procedat etiam ex parte iudicis, cui pars aliquid promisit facere, nã tales promissiones ẽt hãc ꝯdõnem recipiũt, si iudex requisierit. c. ad nr̃am. j̃. de iureiur. c. ad reprimendam. de offi. ordi. Quinto ampliatur. vt procedat ẽt si lex præfigat certum diem iudici, adhuc non tenetur iudex impartri officium non postulatum, vt dixi. s̃. ver. iiij. infertur. Et idem, si dies pręfixa fuerit ꝑ iudicem parti, adhuc intelligitur, si iudex petierit, ſm Pau. de Ca.
10 ꝯsi. 100. vr̃ ꝙ dictus Io. Pau. in ii. parte. vbi ꝯsuluit, ꝙ † fideiussor q promisit repræsentare Titium sub pena intra octo dies, non incidit in pęnam, nisi fuerit a iudice requisitus in termino, si non repræsentauit. Sed aduerte, quia ꝯ̃rium videtur velle Bar. hic, in i. oppo. dum rñdet ad l. magnam. C. de contrahen. & cõmit. stipu. dicens ꝙ ibi erat apposita dies certa, quæ interpellat pro hoĩe. & ideo decisio Pau. videt̃ periculosa. & eam dixit forte non eẽ verã Dec. ꝯsi. 145. quærit in effectu. col. fi. sed eam sequitur Fel. in c. si aũt. de rescri. & rñdet ad l. magnam. ꝙ non procedit, quando dies fuit apposita in obłone faciendi actum, quodãmodo præparatorium ad actũ iudicis, & sic ĩ actib. extraiudicialib. & sequitur ẽt d. Ias. in l. si ex legati causa. in vlti. fallen. j̃. de ver. ob. nihil tñ pro rñsione sua adducunt, vnde erubescimus, cum sine lege loqm ur l. illam. C. de collationi. Quid tenendum? ego teneo decisionem
11 Pau. ad ꝯ̃rium rñdeo? † ꝙ dies interpellat pro hoĩe, quando apponitur ĩ obłone gratia differendæ obłonis, secus si causa obłonis finiẽdæ, l. emptorem. §. Cassius, versi. deniq;. ff. de act. empt. & traditur per gl. super verbo, non cogitur, in c. j. an ille, qui interfe. fra. domi. sui. & in istis terminis loquitur Pau. de Ca. nam ibi fideiussor promiserat repræsentare Titium intra octo dies ad beneplacitum iudicis, & sic si iudex requisiuisset eum intra octo dies repræsentare. & ita seipsum declarat Pau. & declarat etiam Dec. in
12 d. consi. 141. Sexto ampliatur, vt procedat † etiam in officio iudicis mercenario, nam iudex non tenetur repellere partem, nisi aduersarius opponat. Exemplum: post publicatas attestationes nõ licet per testes probare propter timorem subornationis. auth. at

qui semel.C.de prob.c.fraternitatis.de testib.tñ iudex non tenetur reijcere probationes,nisi pars opponat, secūdū gl.in cle.2.de testi.& dom.Ant.in c.vltra tertiam,col.fi.eo.ti.ad idem facit doctri.Bart.in l.post mortem, §.fi.ff.de adop.vbi vult, ꝙ iudex non
13 teneatur repellere procuratorem†inhabilē, si pars non opponat. alleg.gl.in §.si quis vero, in Authen. quib.mod.natu.effi. legi.ad idem est gl.in l. quamuis indubitati. C.de adulte.quod intellige, vt dicam ĩ.in j.fallen.Hinc est,†ꝙ frater ꝓ fratre,& vxor pro marito,sunt idonei testes,si pars non opponat,fm Spe.in titu.de teste.§.j.versi. quid si aduersarius.rationem dicā ĩ.in 2. artic. Hinc
14 etiam est,ꝙ statutum disponens debitum vltra viginti aureos nō posse per testes probari, sed solum per instrumenta, intelligitur parte opponente,secundum Bar. & Mod.in l.certi ↄdō.§.qm.ff.
15 si cer.pet.Et licet probatio†ↄ̄ præsumptionem iuris,& de iure nō sit admittenda fm glos.in auth.sed iam necesse C.de do. an nup. si tamē pars nō opponat,non tenetur iudex eam reijcere,fm Inno.in c.fraternitatis.de frigi. & malefic.& Imo.in l.inter stipulātem,§.j.ĩ.de verb.ob.Ale.consi.72.col.vlt.vol.2. Et ad istud propositum videas d.Ias.in l.patre furioso, ff. de his,qui sunt sui, vel alie.iur.Stat igitur regula istius tex.corroborata, quæ fallit pluri-
16 bus modis.†Primo fauore publicæ vtilitatis.l.congruit,ff.de offi. psi.l.si quis in hoc genus.C.de epi.& cler. quæ iura adducit Bart. in 2.opp.Sed aduerte, quia tex.in d.l.si quis hoc genus. videtur loqui de vtilitate priuata sacerdotis,cui illata fuit iniuria, & ita illū tex.intelligebat Alb.de Rāp.in distin.suis ff.veter.dist.15.&Alb. de Rosa.in l.nec quicquā.§. obseruare.ff.de offi.proconf.aliter respondentes ad d.l. si quis, quod ibi sacerdos ex honestate prohibebatur prosequi iniuriam. & ideo inferunt, ꝙ pro personis nescientibus, vel non valentibus implorare iudicis officium, tenet̄ iudex ex officio illud impetrari. Sed intellectus Bart.videtur verior,quia ibi agitur criminaliter ad vindictam publicam, quo casu crimen iniuriarum dicitur publicū. fm Bal.in l.lex cornelia,§. fi.ĩ.de iniur.& in l.fi.ĩ.de priua.deli. Item ibi agitur de iniuria facta sacerdoti,quæ est persona publica,l.j.§. publicum ius.ff.de iu-
17 sti.& iu. & iudex †pro omni iniuria pōt officium nō petitum impartiri.fm Bar.in l.itē apud Labeonē.§.si quis sic fecerit,ĩ. de in-
18 iur.Ex ista fallentia infertur,†ꝙ iudex tenetur repellere procuratorem in cā criminali, in qua ingeritur pœna sanguinis,ēt ꝙ nullus petat,quia interest reipublicę,ne nocens medio procuratoris absoluatur,vel si condemnetur, snīa reddat̄ elusoria, vt declarat Bar.in l. fi. § ad crimen, ĩ. de pub.iud. & ita tenet gl.in c.j.in verbo,criminalis.de iudi.in 6. Pro ista fallentia facit dictum Bald.in
19 l.j.§.quies.ff.de offi.prefe.vrb. vbi vult, quod†iudex ex officio teneatur obuiare rixantib.alias priuabit officio.Et dixit Bart.in l.si vsusfructus. §. sed si inter duos, ff. de vsufru. ꝙ si duo litigent de possessione retinēda,& subsit timor, ne veniatur ad arma,debet iudex ex officio sequestrare poss. de quo late per Cur.Sen.consi.
20 61.Super eo.per totū. Et licet†iudex non possit compellere litigantes ad cōcordiam.§.fi.in auth.vt litigā.iurēt, si tñ dubitet̄, ne ex lite aliquorū magnatum turbetur respublica, iudex tenebitur eos cogere ad concordiam, fm Bal.in l.æquissimum,ff. de vsufr. ꝓ tex. in l.si qs ingenuam.§.in ciuilib.ĩ. de capti. & postli. reuer.
21 Hinc est, ꝙ † si actor præuaricetur,seu ab accusatione desistat iudex debet ex officio in causa procedere, l.2. C.de abolitio.quod intelligas in casibus in quibus nō licet super crimine transigere, fm Bart.in l.transigere. col.pe.C.de transactio.Hinc etiam est,ꝙ
22 †iudex tenetur impartiri officium nō postulatū in causis fiscalibus,l.non vacantia.& ibi Bar.C.de bonis vac.lib.20.Facit tex.in l.item apud Labeonem,§. idem ait,ĩ. de iniur.& ibi no Iacob.de Are.ꝙ iudex ex officio debet bānitum agētem repellere, quia interest reipublicæ ad terrorem delinquentium,ne banniti audiantur,l.licitatio,§.quod illicite,ĩ. de pub.& vectiga. Fallit secundo ob reuerentiam iudicis superioris,l.eos,§.fi. & l.iudicibus. C.de
23 appell. Fallit tertio†si actus sit pius,& persona miserabilis.l.sancimus.2.C.de admi. tut.l. nec quicquam,§. circa aduocatos.ff.de offi.procon.Tu aduerte,ꝙ Bar.allegando §.circa aduocatos.vult quod viduæ,& pupilli dicantur miserabiles personæ.In cōtrariū videtur esse tex.in rub.quando Imp.inter pupil.& uiduas,vel misera.perso.Saluando Bar. dici potest, quod licet pupilli, & viduæ sint diuites,& sic non sint miserabiles actu,sunt tamen miserabiles habitu, vt declarat Panor. in capit.significantibus,de offi.dele.Pro ista fallentia facit tex.in §.si hæres.in Auth.de eccle.tit.vbi mandatur episcopo, quod ex officio compellat hæredes ad soluendum pia legata, & ita expresse dicit Barto. in d.l.si vacantia. Tertio facit tex.in l.mulierem. C.si mancip. ita ven.ne prost.vbi iniungitur iudici, quod eripiat mulieres ex miseria prostitutionis.Quarto facit text.in l.3.§.præ terea,ff.de suspe.tut. Quinto facit tex.in l.hæreditas,in fin.ff.de peti.hære. Ista fallentia ex men-
24 te Alex.hic amplianda videtur, vt generaliter † iudex fauore piæ causæ teneatur ex officio inquirere,per tex.in c.cum nobis.& ibi glo.de elec.sed parum facit,quia agit de fauore publico,qui consistit in prælatis,l.j.§.publicum ius,ff.de iust.& iur.melius facit tex. in capit.exceptionem.de excep.& in capit.pia.in fi.eo.tit.in 6.vbi iudex debet repellere excommunicatum agentē,ēt si non petat̄ fauore aīę ipsius excōmunicati, vt robore ↄ̄fusus aliqñ redeat ad gremium ecclæ.idē tex.in c.cū inhibitio.de clandesti.despō.cum simil.hic adductis per Alex. & ita ēt firmare videtur Cy. & Bald. in d.l.mulierē.C. si manc.ita ven.ne prost. & Ang.in l.hæreditas. 2.§.j.de peti.hær.Ex quo patet,vt dixi,ꝙ qñ vertitur piculū aīe,iudex ex officio inquirere debet.d.c.cū nobis.de ele.vbi , qa vertitur periculum aīæ,si indigni electio ↄ̄firmaretur, inqrere p̄t confirmator ex officio,de idoneitate electi.Ad idem c.ad nrām.2.& ibi late no.Inno.de iureiur.vbi per illū tex. vult,ꝙ iudex ecclasticus possit ex officio inquirere ↄ̄ vsurarios ad vsurarū restōne,qa vertitur piculū aīæ,facit bona gl.in c.quia frustra, de vsuris. Idem
25 dicēdum†fauore dotis,ꝓ tex.in l.si cū dotē, §.eo aūt tpe, ver.nec nō so.mat.quē tex.ibi ad hoc ponderant Raph.& Pau. Dotis.n. cā,pia dr̄.l.cū is,§.si mulier,ff.de ↄd. inde.l.si ego,§.j. cum si.de iu.
26 dot. Bart. & doc. in l.si ↄstāte,q.9.j.q.prin. s̄.sol.ma.Idē in cā alimentorū,fm Pau.hic,est.n. cā pia, l.alimenta. & ibi no. C.de ne. gest.Facit,nam dos,& alimēta æquiparant̄,gl.in l.ob ęs,C.de pd. min.Ias.post alios in auct.res q̄,C.cōm.de leg.Alex.in d.l.cum is.
27 §.si mulier, de condi.ind. Potest & quarta fall. † colligi ex oī' doctri.Bar.& doct.hic,vt iudex semper teneatur impartiri officiū ēt nō petitum,ꝓ his psonis,q̄ nesciunt, vel nō pñt illud implorare, vt in pupillo,& absēte,& similib.vt ex pdictis,& aptius ex sequētib.apparebit.Merito voluit Bar. in l.in arenā,C. de inoffi.test. ꝙ licet infamis non possit repellere testē infamē ↄ̄ eū ꝓductum per
28 dictā l.in arenam.tñ idex tenetur illum repellere. Quinto†fallit in his,quæ sunt iudici nota vt iudici.i. q̄ sibi apparent ex actis, in his.n. tenetur supplere ēt parte tacente, & se in his fundare parte nō pētēte.arg.c.cū olim.de verb.sig.& est nota.gl.in l.vbi pactū. & ibi *communiter* doc.C. de transf.Cy.& Alex. in l.j.C.vt q̄ desunt aduo.pti.sup.iud.vbi alle.ↄcord.Bar. & Doct.post gl.in l.si vnus. §.pactus.ff. de pac.aduerte, vt intelligas. Nā oēs in hoc satis vñr ↄcordare,ꝙ iudex possit in his, q̄ ex actis sunt sibi nota supplere ex officio parte non petente, sed ꝙ iudex teneat̄ supplere,in hoc vñr ↄriæ snīæ, videt̄.n.ꝙ iudex teneat̄, & ita vr̄ velle gl. in d.l.vbi pactum.& firmat Ias.post alios ibi ꝓ eū citatos. Bñ facit, nā si iudex,vt iudex sciat dicta testium,vel exceptionem aliq̄ propositā, vel interlocutoriam a se latam, certe debet ista ꝓponere ēt parte tacēte.c.ↄstitutus, de appel.& firmat Spe.tit.de disput. & alle. §. satis.versi.quod.n.& d. Ant.in c.ab excōicato.in 3. car.de rescri.ꝓ tex.in c.qm.de fil.psby.sequunt̄ Ale.& d. Ias.in l. nam & postea. §.si dānetur.ff. de iureiu. & idē Ias. in l.j. col.7.ff. de iur. om.iudi. Ang.in l.si vnus,§.pactus.col.fi.de pac.Sed Pa.de Ca. in l.vbi pactum,C.de trāsac.quē sequit̄ d.Alex.in d.l.j.col.7. tenet, ꝙ iudex
29 non teneat̄,licet possit si velit.Tu† potes sic considerare vt j.opi. ꝓcedat in his,q̄ sunt nota iudici ex ꝓpositis ꝓ partē tacentē, q̄ cū sint semel proposita,non exigere vñr formalē expressionē,ita loquitur Spe.in d.ver.quid.n.Secunda vero opi. ꝓcedit in his,quæ sunt nota iudici ex propositis per aduersariū. Ita loquunt̄ Pau. & Ale.Item j.opi.procedit in casib.in quib.tacēs non vr̄ renūciare exceptioni suę.Secunda vero in casib. in quib.tacēdo sibi præ
30 iudicat, puta, si non†proponit ↄ̄ personas testiū, quos ex actis cōstat esse suspectos, isto casu,quia iudex nescit,an pars velit eos repellere, non potest iudex tales testes reijcere ex officio, secundū d.Ant.in c.bonæ,j.de post.prela.& late Ias.in l. patre furioso.col.
31 5.ff.de his,qui sunt sui vel alie.iur.Vltimo fallit † in his quæ sunt iuris,& sic loquitur totus ti. C. vt q̄ desunt aduo.parti.iud.sup.& tex.in d.c.bonæ.de post.pla. Vñ si aduocatus imptinētē, aut falsā l.adducat, tenet̄ iudex talē allegationem reijcere, aīs vterq; crimi-
32 ne falsi tenetur.l.j.§.j.& l.pe.ff.de fal.Ex hoc infertur,†ꝙ iudex tenet̄ iudicare fm statuta etiam non allegata, qa statuta sunt ēt iura.l.omnes populi.ff.de iust.& iur.Quod verū est, si statuta sint registrata in volumine statutorum,secus si sint extrauagātia,qa talia statuta sunt in iudicio producenda.c. pastoralis.de fi.instr. & traditur per Pau.de Ca.in l.cū ꝓlatis.ĩ.de re iud.& ꝓ Ale.in d.l.j. C.vt quæ des. aduo. Item verum est in statutis loci ipsius iudicij, secus in statutis alterius loci, quia illa ēt sunt ꝓducenda, fm Bar. in rub.s̄. de no.ope. & in d.l.oēs populi,in fi.Has duas restrictiones intelligo quantum ad effectum rei prohibitę.i.vt non sit prohibita ignorantia statutornm extrauagantium, vel alterius ciuitatis, sicut est prohibita ignorantia statutorum registratorum in
33 loco iudicij,† quæ omnib.incolis debet esse nota post publicationem,vt in Auth.vt factæ nouæ consti.&c. Sed quantū ad effectū ꝙ iudex debeat iudicare fm statuta extrauagantia,vel alterius ciuitatis nota ipsius iudici, dico,ꝙ tenetur,alias facit litem suam,sicut si iudicaret ↄ̄ legem. quod sic probo, Editio statutorum solū fit ad finem, vt statuta deducantur in notitiam, & ne iudex ꝑtendat ignorantiam,vt declarat Bal. in l. leges sacratissimę.C.de leg' sed stāte notitia cessat ratio editionis. ergo &c. & ita tenent Car.
34 Pano.& Fely. in d.c.pastoralis. Ex quo sequitur,†quod iudex tenetur supplere in his,quæ sunt consuetudinis notoriæ, qa cōsuetudo est ius non scriptum.§.ex non scripto. Inst. de iure natu.gē. & ciu.Et licet consuetudo sit probanda.c.j.de consti. in vi. tradit Bar.in l.ornamentorum.ff.de au.& arg.leg.tñ talis probō requiritur ad finem,ne iudex possit ignorantiam prętendere,q̄ rō cessat in consuetudine notoria, fm Pan. in c.j. colum. pen.de re iudi.& Bal.& Sal.in auth.iubemus.per illum tex.in fi.C.de iud.& Paul. in l.

in l.filiusfam.§.veterani,ff.de procu.pro quo adduco tex.in c.dudum,& ibi no. Pan.de elec. & in c. ad apostolicam.de simo. sequitur Cur.iun.consi.64.col.7. facit quod dicit glo.in l.2.ff.de ser.&
35 in l.j.C.qui & aduer.quos. Non obst.si dicatur,†q̄ notoriū est allegandum,licet non probandum.cle.appellanti. de app.l.si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff.de adul. quia istud procedit in notorio, quod proponitur in iudicio ad finē illud ꝓsequēdi,secus in notorio,qđ exigitur ad finē solius notificationis,vt in casu nostro,secundum Imo.in d.cle.appellanti.col.2. & Fel.in c. dilecti,in prin.de iud. Ex istis apparet,q̄ non recte sentit d.Alex. in d.l.vnica.indistincte tenendo, q̄ iudex non possit supplere in notorijs, nisi fuerit notorium allegatum.nam istud falsum est in notorijs quæ ad finem solius notificationis exiguntur, vt patet
36 ex prædictis.Circa secundum †an in casib.in quib.iudex non tenetur,possit officiū non postulatum impartiri. Bar.hic distinguit inter officium iudicis nobile, & mercenariū. Tu aūt facias r̄lam negatiuam, q̄ iudex nō pōt ad priuatā vtilitatē officiū non petitum impartiri.Pro hac r̄la Bar.hic allegat istū tex. q mihi nō probat,q̄ non possit,sed q̄ non teneat:immo vr̄ probare ꝯ̄rium,qa si iudex non posset,non esset dubium, q̄ non teneret. Secundo adducit tex.in c.iudicis officium.de offic.iud.& in l.Papinianus.§.j. & in l.in causæ.§.causa cognita.ff.de minorib. quæ iura non videtur negare,q̄ iudex non possit restituere in integ.minorem ex officio.Et reperio Io.And.Card.& Pan.in c.cum venissent,ꝑ illum
37 tex.in verbo, per vosmetipsos.de instit.firmare, † q̄ iudex motu proprio possit in integ. restōnem concedere minori, sicut potest concedere ecclesiæ,vt ibi,& dicit Pan.q̄ istud voluit Bar.hic,sed decipit,qa Bar.vt vides,tenet oppositum,forte Pan.voluit ponderare doctri.Bar. s̄.dum vult iudicem teneri prouidere miserabilibus personis.Sed tu non discedas a s̄nīa Bar.per iura allegata per ipsum, & per text.clarum in l.nā & postea.§.si minor. in verbo, debebit replicari.ff.de iurei. & ratio est euidens, quia restō in integ.non est concedenda,nisi causa cognita.d.§.cā cognita.nec ex eo solum q̄ sit minor,sequit̄,q̄ sit lesus.d.§.si minor.& cum Bar. transeunt *communiter* doc.hic.& Lud.Rom.sin.456.inci. quod iudex.Ad tex.in d.c.cum venissent.r̄ndetur,q̄ loquit̄ in Papa,q pōt pro arbitrio supplere tam de facto, q̄ de iure secundū Bart.in d.l. vnic.C. vt q̄ desi. aduo. & in d.l.illicitas. §.veritas.ff. de offi.præsi. Vel ibi interposuit Papa officium non postulatum ad vtilitatem publicam, q̄ ꝯsistit in ecclesijs. l. j.§. publicū ius. ff. de iusti.& iur. Nec ob.q̄ iudex motu proprio debet aduocatos miserabilib.psonis, quia talis actus non ꝑiudicat tertio, nec sup eo speratur s̄nīa
38 diffinitiua,sicut in restōne in integ.vt dicit Bart.Stat igitur r̄la,q̄ qn̄ implorat̄ offm̄ iudicis,offerēdus est libellus sicut in actionib. d.c.2.qđ qn̄ imploratur offm̄ iudicis firmat Bar. in ru.ff. de interro.act. & Soc.in c.j.fallen.62.de libel.ob. Amplia vt procedat nō solum in officio iudicis nobili, sed etiam in officio mercenario,
39 l.iam tn̄.§.pe.ſ.iud.solui.l.properandū.§.& si qdē.C.de iu.†Hinc est,q̄ citatio facta parte nō petente est ipso iure nulla.l.ad peremptorium,ff.de iud.c.proposuisti. de fo.compe. c.j.de iud. vbi late
40 dixi in no.3. Fallit primo,quantum†ad prouidendum miserabilibus personis de defensore,vt pupillo de tutore,furioso,& prodigo de curatore.l.illud. cum quatuor ll.seq.ff.de tut. & cur.dat. ab his,l.sancimus.§.j.C.de admi.tut.l.Fulcinius.§. adeo.ſ.ex qui. cau.in poss.ea. Sed aduerte, q̄ licet ista iura probent, q̄ prædictis detur tutor,& curator inuitis & ignorantib. non tn̄ sequit̄, ergo nemine petente.l.j.& per totū ff.& C.qui pet.tut.& cur.& maxime,qa requiritur,q̄ iudicis offm̄ excitet̄ ꝑ aliquē.l.i.§. magistratibus.ff.de magistr. conue. Retenta tamen hac fallentia aduerte in quātum Bart.facit d̄riam inter pupillū, cui nō dat̄ curator ad litē nisi petenti.l.q hēt.§.si pupillus.j.ff.de tut.& furiosum, & ꝓdigū, quib. nō petentibus pt̄ dari curator,d.§. adeo.Ista d̄ria nō vr̄ vera in casibus,in quibus hmōi psonæ ꝯueniunt, nā tunc actor dēt ꝑ se petere curatorem dari.l.j.C.qui petant tut.& l. Diuus Seuer.§. si quidē.ff.eo.& sic vr̄ necessaria petitio ꝯ Bar. Nisi dixeris Bar.esse intelligēdum de petitione ipsorū, qbus datur curator, tunc est
41 d̄ria inter pupillum,& furiosum,ac prodigū. Sed quæ pt̄ esse ratio diuersitatis? Quidam dicūt, q̄ in pupillo, ratio est, quia in eo cito speratur pubertas, sed de sanitate prodigi,& furiosi incertū est,vt in simili dicit Barto.in d.§.adeo. Sed ista ratio in proposito non concludit, quia ea attenta sequeretur, q̄ pupillo non posset dari tutor eo inuito ꝯ d.l. illud.nec adulto inuito posset dari curator ad litem,nisi peteret, cōtra tex.in §.item inuiti.Inst.de cur.& ratio Bar.in d.§.adeo.tendit ad aliud,videlicet,quare ꝯ pupillū in defensum perueniat ad primū decretū, & nō ꝯ furiosum,& ꝓdigum.dicā ergo cum Bar.in d.§.si pupillus.q̄ dispō illius §.est summe iniqua. & hodie prouisum fuisse ꝯ pupillum,vt ibi per Barto.
42 † Secundo fallit, vbi offm̄ iudicis nō dirigit̄ ꝯ certam psonam,& sumus in actu,in quo non speratur diffinitiua s̄nīa, vt in decernēda bo.pos.quā potest iudex decernere absenti, & non petēti.l.seruus.ff.de bo.pos. Sed in ꝯ̄rium facit tex.in l.bonorum.2. C.q ad mi.ibi,impuberi sine tutoris authoritate hoc postulanti.Solutio, speciale in impubere, cui per decretum iudicis acquiritur bono. poss.absq; vlla ratihabitione.l.pe.ff.de bo.pos.& ideo ne ꝯtingat q̄ obliget,inuitus,requiritur petitio ipsius impuberis,aut tutoris

d.l.bonorum. Secus ī aliis personis,q̄bus ex solo iudicis decreto nō acquirit̄ bon.poss.absq; ratihabitione.l.3.§.acquirere. & §.in-
43 uito eo.ti. Et sic ista fallētia† ꝓcedit in iurisd.voluntaria,vbi non agitur de ꝑiudicio alicuius,secus si in iurisd.cōtentiosa,vel ēt voluntaria, in qua agit̄ de ꝑiudicio alterius,s̄m Bar.in d.l.bonorū,in
44 fi. Hinc est,q̄ in iurisd.voluntaria iudex impartitur offm̄ sibiipsi l.si consul. ff. de adop.& nō requirit̄ alterius petitio s̄m Bart. in l. 2.alias est lex i.§.si seruus cōis,ff.de stipu.seruo. facit,qđ dicit Bar.
45 in l.j.§.a municipib.ff de bo.poss.† Tertio,fallit in his,quę concernunt obseruantiam publici iuris,& ideo iudex potest ex offō reijcere libellum ineptū,s̄m glo.in l.j.ff.de offi.asses.& in l.2.C.vt nemo priua.tit.& in c. sacerdotib.in verbo, incendit.per illū tex.11. q.j.Eo modo pt̄ reijcere libellos conceptos de re illicita, puta, si agatur ad mala medicamenta.l.cæteræ,§.j.ff. fa.erc.vel ad restitutionē cōcubinæ s̄m Inn.in c.ex parte.col.j. de resti. spol. Vel ad vsuras,s̄m Car.in c.debitores,de iureiu.dicentem, q̄ actor in illo c.expresse non agebat ad vsuras. Immo vr̄, q̄ istis casibus iudex teneatur repellere agentē fauore animæ,per ea q̄ diximus s̄.in ter
46 tia fallentia primæ r̄læ.Sil'r pōt ex † offō reijcere quęcunq; libellum ꝯ ius,statutum,vel consuetudinē formatū s̄m gl. in l.diuturna.in fin.& ibi Ang.ff. de leg.& ꝓ Ang. vr̄ tex.in c.dilecti.de iud. & ibi no.Pan. q̄ iudex ex offō pt̄ supplere defectus,& vitia libel-
47 lorum.† Sil'r pt̄ repellere ex offō agentem sine libello in casib.in quib.necessarius est libellus.c.j.de libel.ob.& ibi no.Pan.in 2.no. Et rō est, qa reipub. interest, ne iudicia sint elusoria,& ne partes vexent inanib.laborib. & frustratorijs expensis.c.cām q̄.de iudi.
48 est†aūt iudicium sup inepto libello nullū, s̄m gl.fin. Inst.de obliga.in verbo, s̄m, ad fi.Et sil'r iudicium agitatū sine libello necessario nihil valet.d.c.j.& no.in c.cū dilecti,de empt. & vēd. Et ista
49 faciunt†q̄ iudex ex offō possit cogere ꝓcuratorē,vt fidē faciat de mandato, vel caueat de rato, alias poterit eum repellere ab agendo,etiā si non opponat̄.& ita tenet gl.in c.j.in verbo,absentia.de elec.in vi.& ibi sequitur Gem.& Pan.in d.c. cām q̄. & in c.2. col. j.de restitu.spol.& in c.j.de accu.& Card.in capi. dilecti.d.Ant.& Barb.in c.cum M.Ferrar.de consti.Imo.Lud.Ro.& Pau.de Cast: in l.inter quos.§.alieno,ſ.eo.Sal.& Alex.in l.licet.C.de ꝓcu. Cōtrarium tenet Bar.in d.§.alieno. seq̄t Imo. qa iudicium cum falso ꝓcuratore nō est ex toto nullum,qa in ꝑiudiciū falsi procuratoris valet,vt teneatur ad interesse, vt notat̄ in d.l.licet.sequit̄ Fel.in d. cām quæ.Sed istud nō facit,q̄ iudiciū p̄ncipale sit validū,& iō iudex poterit repellere eum ex offō,sicut repellit agentē sine libello,qui tn̄ tenet̄ ad expensas,& interesse aduersario,vt no.d.c.dilecti.nō obst.tex.in l.filiusfa.§.veterani,ff. de ꝓcu. inductus ꝑ Imo. in argu. a fortiori, quia ibi s̄pale est, q̄ possit repellere verū ꝓcuratorem fauore publico, ēt q̄ nō opponat̄; nos aūt loquimur, an possit ex officio repellere falsum procuratorē, & sic nō facit ad ꝓpositum.Adde ēt d.Inn.in c.cum olim.de testi. vbi tenet,q̄ iudex ex offō possit cogere agētem, vt exprimat cuius noīe agat, & qa ꝓ cōi vtilitate statutū fuit,q̄ litigātes iurent de calumnia,vt metu
50 iuramēti calumnia ꝯpescat̄.l.j. C.de iura.calū.iudex ex offō† pōt exigere hmōi iurm̄.l.2.§.sed quia veremur.C.eo.tit.Quod intelligit Bar.hic ꝓcedere in iurō calūniæ sup tota cā,sed iurm̄ s̄pale super certo articulo nō pōt exigere, nisi petat̄.l. de pupillo.§. qui opus.s̄.tit.j.Tu aduerte, q̄ si iudex suspicetur partē calūniari etiā super certo articulo, poterit iurm̄ calūniæ s̄paliter exigere, etiā si non petat̄,s̄m Pau.de Cast.& do.Ias.in d.§.qui opus.nā iudex ex officio pt̄ calūnias repellere, s̄m gl.in l.q cū maior,& l.si patris.ff.
51 de bonis libe.& hac rōne†repellit agentē,cui videt̄ actionē non competere,ēt si nō opponat̄,s̄m gl.& Bar.& scribētes in l.vbi pactum.C.de trāsa.& in l.si vnus,§.pactus ne peteret,ff.de pac. Qđ verum est,nisi speret̄ actionē cōpetiturā in litis contestatione.l.si Titius.& ibi Bar.ff.de verb.obli.Item intellige,vt per Bar.in l.ita stipulatus magna.in vlt.q.vbi dixi,ſ.de verb.obli.& amplia,vt ꝑ
52 Fely.in c.ad aures.de p̄sc. Et in † ꝓposito dicebat Bal. in l.j.col. 2.C.quō & quando iudex,q̄ iudex ex officio pōt supplere ꝓ reo, quando cōstat de calūnia accusatoris, qa euidēs calumnia h̄r loco inepti libelli,s̄m Inn.in c.i.de offi.vicar.Et consuluit Lud.Ro. in consi.273. Clarum est, col.fi.q̄ iudex pōt ex officio denegare remissorias parti,si cognoscat, q̄ calūniose petantur. & facit vulgatum dictum Imo.in c.post electionē. de cōcess. p̄ben.vbi vult,
53 q̄ †iudex possit reijcere calūniosas exceptiones non solū si cōstat de calūnia, sed ēt si vehementer suspicet eas opponi cā morandę litis,sequitur Bal.in l.pemptorias.C. sent.rescin. non poss.col.pe. Et dicit Pan.in c.de cætero.de re iud.q̄ executor videns exceptiones opponi per malitiam non dēt retardare suā executionē.Et dicit Io.de Ana.in c.sup eo.de cri.fal. q̄ si iudex suspicetur exceptionē falsitatis opponi cā differēdæ litis,poterit eam reijcere,per tex. in l.satis aperte. C.de fal.nec debet iudex istis casib. curare de appellatione,quia falsa exceptio non potest appellationem iustificare.c.interposita.de appel. ita dicit Pan. in c.pastoralis.§.quia vero. co.ii.de offi.deleg.& in c.nullus.de ꝑsump.Quod amplia. etiam si statutū staret,q̄ oēs exceptiones et calūniosæ admittantur, qa tale statutū non valet s̄m Signo.de Homodeis cōsi.21.Statuto ciui-
54 tatis Mediolani.Item amplia etiam in casib.capitalib. in quib. iudex non dēt differre executionem ꝓpter calūniosas exceptiones secun-

ſm Io.And.in addi.Spec.tit.de iud.dele. §.reſtat, verſ.qd in ſtatu-
to.Qđ verũ eſt,vbi ꝯſtat de calumnia, & periculũ nõ ſit in mora,
ſed ex ſola p̃ſumptione calumniæ, ẽt vehementi, non ꝯſulerem
iudici,ꝙ in cauſa criminali nõ reiiceret exceptionem. & ita intel-
ligo loq Bal.in l.j.col.pen C.qui accu.nõ poſſ.& And.Sic.in c.ſu-
per eo,de off.del.iſta recipiunt nonnullas decłones.Primò,vt iu-
55 dex†poſſit reiicere exceptiones ſuſpectas de calũnia, tñ in inter-
locutoria cautus ſit,vt exprimat cauſam ſuſpitionis,alias ſnĩa poſ
ſet facilimè retractari per iudicẽ ad quẽ,& ipſe in ſyndicatu vexa
ri,ſm Fel.in c.licet cauſam,col.3.de probat.arg.eius,qđ dicit Bar.
in l.Lucius,ff.de his q not.infa.& Pan.in c.j.col.pen.de dila.& idẽ
56 Fel.in c.cum ſit Romana,col.3.de appell.Secũdò declara,†vt pro
cedat,niſi excipiens offerat ſe incõtinenti probaturum exceptio
nes propoſitas,qa probatio in prõptu oblata tollit præſumptio-
nem calumniæ,vt no.in c.interpoſita.de appell. Tertiò intellige,
niſi excipiens alleget cauſam, per quã remoueat̃ ſuſpitio, ſm D.
Ant.& Imo.in c.ſuper hoc,de renun.& Fel.in c.qa veriſiłe, col.2.
de p̃ſump.Quartò intellige,vbi ex probabilibus ſignis reſultaret
p̃ſumptio calumniæ,ſecus ſi ſolum reſultaret ex vna voce quorũ
dam ita credentium,d.c.licet cauſam. ibi, quãuis nonnulli crede-
rent,Fauentinorũ partẽ exceptionem hmõi per excogitatã mali-
tiã ad impediendũ proceſſum negocij obieciſſe. Item, qa lites fi-
nire ꝯcernit obſeruantiã publici iuris.intereſt enim reipublicæ li-
tes abbreuiari,& cito terminari,l.quidã eſtimauerũt,ff.ſi cer.pet.
57 c.finẽ litibus,de do.& ꝯtu. põt tñ†iudex ex officio dare dilationẽ
nõ petenti,ſm Bar.hic per tex.in l.properandũ.§.j.ibi,nullus erit
tã audax,&c.C.de iud. Idẽ tenet Bar.& Bal.in l.j. C,de dilat.Bal.
Ang.& Sal.in l.nouerint,C.vt intra cer.temp.cau.crim.Idẽ tenet
glo.Pan.& alij in d.c.licet cauſam,per illũ tex.de ꝓb.Pau,de Caſ.
hic,& in l.j.§.ait prætor,ff.de iu.delib. Ex quo infert̃,ꝙ iudex põt
58 † dare dilationẽ abſenti, tñ talis dilatio non præiudicabit ei, niſi
fuerit intimata,ſm Bal.in l.2.per illum tex.C.vbi in rẽ actio.& fa-
cit tex.in l.diẽ proferre,in prin.ff.de arb.& qđ dicit gl.pe,in cle.j.
de appell.ſeqt̃ Bal.in l.q abſenti,ĵ.de acq.poſſ.& ꝯſ.34.in fi.lib.1.
& latè Cur.Sen.ꝯſ.31.Factum tale eſt,& ꝯſ.ſeq.Itẽ infert̃,ꝙ ſicut
59 dilatio†põt dari abſenti,ita poterit dari pñti altera parte abſente,
& nõ citata,ſm Bal.in c.j.de milit.vaſal.qui ꝯtu.eſt. & hoc voluit
Spec.in tit.de dilat.§.nũc videamus,ver.ſed pone.& Fed.de Sen.
ꝯſ.232.Caſus talis eſt,& latius Soc.ꝯſ.10.Inſignis Doc.& ꝯſ.ſeq.
in vlt.lib.Contrarium tñ tenuerunt Ang.& Ludo.Ro.in l.j.ff.de
fer.& Bal.in l.j.C.quo.& qñ iud.Quorũ opi.ſaluabis ex his,quę
ſtatim dicã in decłonibus.ſtat igit̃ ꝯcło,ꝙ põt dari dilatio abſenti,
60 & nõ petenti.Iſtud declara primo,†vt ꝓcedat ſubſiſtẽte cauſa,vt
ſi pars ſit negligens in proſequendo cauſam, & quærat in lõgum
trahere,ſm Bar.hic.& in d.l.j.per illum tex.in verbo, vrgẽtiſſima
ratio.C.de fer.& Sal.in d.l.nouerint,per illum tex.in fi. Secundò
intellige,vt poſſit iudex dare dilationem,nõ aũt datã ꝓrogare,qa
in prorogationibus non verſat̃ litis abbreuiatio.Tertiò intellige,
vt poſſit dare primã dilationẽ,ſed non ſecundã,qa in ſecunda nõ
militat obſeruantia publici iuris.ita declarat Soc.ꝯſ.47.In pñti ꝯ-
ſultatione,col. 2.lib.vlt.Quartò intellige,ꝙ iudex poſſit dare pri-
mã dilationẽ non petenti,non aũt ꝙ teneat̃,l.a procedẽte, C.de
dilat.& firmat Pan.in d.c.licet cauſam.Vltimo intellige pręmiſſa
procedere in dilationibus probatoriis,ſecus in dilationibus expe
ctatoriis. q̃ ſemper ꝯcedunt̃ abſenti,l.ꝯſentaneum, C.quo.& qñ
iud.tradit̃ per Bal.in l.fi.col.3.ff.de fer.& per Pan. & Fel.in c.cõſu
61 luit,de off.dele. Et hac rõne,qa intereſt†reipublicæ lites finiri,po
terit iudex, ſi videat inſtantiã periturã ꝓcedere ad diffinitiuã ne-
mine petẽte,ſm Bar.in l.Seius & Augerius. & ibi late Alex. ff.ad
leg.Falc.de quo per Fel.in c.pen.col.3.& ſeq.de iudi.& per eũdẽ,
& And.Barb.in d.c.ꝯſuluit. & Pan.in ꝯſ.112. Illud de iure q̃rit̃, in
62 2.dub.lib.2.in 2.par. Et vt citius, & cum†minoribus expenſis ex-
pediat̃ cauſa,põt iudex ex officio reſecare articulos,& poſitiones
ſuperfluas,& impertinentes,ſm Spec.tit.de poſit.§.10.in prin. Et
ſilr̃ poterit reſecare ſuperflua interrogatoria faciẽda teſtibus, ſm
63 Spec.tit.de teſte,§.iã de interrogatoriis,in prin.† Quartò fallit in
his,q̃ emergunt poſt lit.conteſt.l.ędiles,§.itẽ ſciendum,ff.de ędil.
edic. Quod facit, vt iudex poſſit ꝯdemnare victum in fructib.nõ
petitis,prout tenet Bal.in l.j.col.fi.C.de fruct.& lit.expen. Quod
verum eſt in fructibus perceptis poſt lit.ꝯteſt.ẽt ſi ſint ꝑcepti poſt
ꝯcłonem in cauſa,ſm Bal.in l.cũ propria,in fi.C.ſi qs alte.vel ſibi.
qa officium iudicis mercenariũ deſeruit ẽt in emergentibus poſt
ꝯcłonem in cauſa,ſm eum, poſt Bart.in l.ſi tertius,§.officiũ,ĵ.tit.
prox.& de hoc articulo videas Alex.poſt alios in l.ſi marito, §.fi.
ff.ſol.matr.An autem iudex poſſit ꝯdemnare victum in expenſis
64 nõ petitis,dicã ĵ.poſt Bart.q.5. Quintò fallit,† vbi agit̃ de honore
iudicis,ad quẽ tuendũ põt officium ſuum exercere,nemine petẽ
te,l.quos ꝓhibet,ff.de poſtul.nã p̃tor, vt ſuam ꝯſeruet maieſtatẽ,
nõ patit̃ infames corã ſe poſtulare,qa illorũ commercio ſua digni
tas pollueret̃. iſta eſt ratio d.l.quos prohibet,ſm Bal.in l.nec qc-
quam,§.vbi decretum,col.6.ff.de of.procõ.Et iſtud facit,vt iudex
65 †poſſit repellere infames a teſtimonio,& accuſatione,ẽt ſi nõ op
ponat̃,ꝙ tenuit glo.in c.q̃rendũ,& in c.alieni erroris,2.q.7 glo.in
l.j.in verbo,de nominibus,ff.de magiſtr.ꝯuẽ.q̃ vult iudicẽ ex offi-
cio poſſe ſe informare de ꝯdõne teſtis, quã gl.dicit ſing. Bal.in d.
l.quos ꝓhibet. ſed hẽt alias duas ꝯſimiles,ſ.gl.in l.3.in verbo, ini-
micitiæ,ff.de teſti.& in Auth.de teſti.§.j.in verbo, officij cauſam.
quas hic adducit Bar.Latius dicit Inn.in c.intimauit,de teſti.ꝙ iu
66 dex†poteſt ex officio repellere teſtes inhabiles,per tex.in d.l.quos
prohibet.ſequuntur do.Ant.Pan.& alij ibi,& idem Inn.in c.inq-
ſitionis,de accuſ.& Lud.Rom.in rub.de arb.col.10.Qđ verum,ſi
ſint taliter inhabiles,ꝙ habilitari non poſſint per partẽ, ꝯ quam
producunt̃:aliàs ſecus,ſm Io.And.in addit.Spec. tit.de teſte, §.1.
ver.quid ſi vidit, D.Ant.& Imo.in c.cum dilectus,de ꝯſue.& dicit
Bal.in l.ſi quis teſtibus,col.fi.C.de teſti.ꝙ ſi exceptio repulſiua te
ſtium ſit inducta fauore partis,vt eſt exceptio inimicitiæ,familia
ritatis,& ſimiles,nõ poterit iudex tales teſtes repellere, niſi oppo
nat̃. ſi vero exceptio repulſiua ſit inducta odio ipſius teſtis, vt eſt
exceptio excõicationis,& banni,tunc iudex poterit teſtes repelle
re nemine opponẽte.Sequitur Alex.hic,& ꝯſ.122. Viſo proceſſu,
col.pen.lib.2.& Fel.in d.c.intimauit.faciunt,q̃ dixi ſupra in 5.fal-
67 len.primi articuli.Silr̃†vbi offendit̃ maieſtas iudicis,põt iudex ex
officio procedere,l.nullum,C.de teſti.l.2.C.de ſpor.l.nec qcquã,
§.circa aduocatos,ff.de off.procõ.Ex hac rõne põt nemine peten
te excõicare,vel mulctare ꝯtumaces,c.j. & ibi ſcripſi in 7.nota de
iud. Et põt denegare iuriſd.ꝯtumacibus,quã ꝑꝑ ꝯtumaciã offen
derunt,l.ſed & ſi per prætorem,§.ſed ſi dum decreto,ff.ex qb.cau.
68 maio.Et gñalr̃ in†his,in qb.parat̃ p̃iudiciũ iudicis, vel iuriſd.põt
iudex exercere officiũ ſuũ nemine petente, ſm Bar.in l.ſi qs liber
tatem,col.2.ff.de pet.hær.facit tex.in l.j. ff.ſi qs ius dicẽ.nõ obtẽp.
69 †Sextò fallit,quantũ ad inqrendã veritatẽ eorũ,q̃ ſunt in iudicio
deducti,nã iudex põt nemine petẽte interrogare partes de ꝓpoſi
tis in iudicio,l.vbicunq;.ff.de interr.actio.Qđ ꝯſtat eſſe verũ ante
ꝯcłonem in cauſa,per d.l.vbicunq;.Sed dubiũ eſt,an ẽt interroga
re poſſit poſt ꝯcłonem in cauſa.D.Alex.hic ꝯcludit,ꝙ ſic.Cõtra-
riũ ego ꝓbaui in c.j.in 3.not.de iud.ad ibi dicta me remitto, & ve
ritas patebit ex dicendis ſeq.articulo prin.Silr̃ iudex pro eruenda
70 †veritate põt teſtes,q obſcure depoſuerunt ex officio repetere,c.
cũ clamor,de teſti.& nõ ſolũ ante publicationẽ,ſed ẽt poſt,vt ibi
per glo.& per glo.in §.ſi uero deducens,in Auth.de teſti.qa in iu-
dice ceſſat timor ſubornationis,ſm Bal.in l.3.§.tu magis,ff.de te-
ſti.Et ideo licèt teſtes ex interuallo. i.poſtquam potuerunt loq cũ
partibus nõ poſſint ad inſtantiã partis repeti,vt addant,vel detra
hant,aut corrigant dictum ſuũ,c.p̃terea, de teſti.cog. tñ iudex ex
officio poterit ex interuallo eos repetere, ſm glo.in c.per tuas, de
teſti.Subdit tñ ibi Fel.col.j.ꝙ fides teſtis repetiti ex interuallo ali
71 qualr̃ diminuit̃ ꝑꝑ timorem ſubornationis.Silr̃ pro eruenda†ve-
ritate iudex põt ſupplere interrogatoria omiſſa ꝑ partes, ſm Spe.
tit.de teſti.§.iã de interrogatoriis, in prin. Imo.in d.c.per tuas,gl.
& ſcribentes in c.cũ cauſam, de teſti. Et ad hñdã veritatẽ põt iu-
dex deferre iurm̃ in ſupplementũ ẽt parte nõ petente, ſm Alex.
ꝯſ.53.in cauſa vertente,col.fi.lib.j. licet ꝯ̃rium teneat Lanfran.de
Oria.in repet.c.qm̃ ꝯ̃ falſam,in ver.teſtium,col.7.de ꝓbat. Et pro
inueſtiganda veritate põt iudex ex officio cogere notariũ ad exhi
72 benda ſibi acta,l.2.C.de edẽ.Et†vt veritati locus ſit,põt iudex re
reducere factũ ad memoriã partiũ, recordãdo reo exceptionẽ,&
actori replicaitonẽ,ſm D.Ant.de Bu.in d.c.bonę,& D.Alex.hic,
nã in pectore iudicis ſemꝑ dẽt eſſe illuminatio veritatis, ſm Bal.
73 in l.fi.col.3.C.de edẽ.Et nõ ſolũ iudex,†ſed eius aſſeſſor põt in fa
cto opponere diſputãdo ad veritatis indaginẽ, ſm Bal.in repe.l.j.
ff.de off.aſſeſſ.quẽ ſeqt̃ Par.de Put.in tra.ſynd.in §.aſſeſſor,col.4.
Et ꝑꝑ veritatẽ hñdã credere,ꝙ iudex ex offõ põt cogere teſtes no
minatos ꝑ partẽ ad teſtificãdũ,iuxta tex.in l.ſi qñ, C.de teſti.& in
74 c.j.de teſti.cog. Septimò fallit ꝓ abſentibus, † ꝓ qb.iudex ex offõ
põt ſupplere,& nouas ꝓbationes ĩducere, Auth.q ſemel, C.quo.
& qñ iud.l.ampliorẽ,§.j.C. de app.Sed in ꝯ̃riũ vr̃ tex.in l.ꝓperan-
dũ,§.& ſi qdẽ,C.de iud.Bal.in d.l.ampliorẽ,§.j.rñdet.ꝙ iſta fallẽ-
tia dẽt intelligi de abſentibus ex ltĩma cã.Tex.verò in d.§.& ſi q-
dẽ,dẽt intelligi in abſentib.ꝑ ꝯtumaciã, ſeqt̃ Pa.de Ca.in d.l.vni
ca,C.vt q̃ deſ.aduoc.dicẽs,ꝙ ꝓ nõ ꝯtumacib.iudex nõ põt indu-
cere nouas ꝓbõnes,licet poſſit ſupplere ex deductis,& ꝓbatis.ſe
qt̃ Sal.in d.l.ampliorem,& Ang.in l.ſi pars,ff.de inoff.teſt. quorũ
opi.ꝓbabilior vr̃ ꝑ tex.in d.l.ꝓperãdũ,§.ſin aũt ex geſtis. Nec ob.
tex.in d.Auth.q ſemel,in verbo,ꝑqſita veritate ꝓcedere,qa intel-
ligo de veritate ꝑquiſita ex deductis,& ꝓbatis.Tñ opi.Bart.*cõiter*
approbat̃ ꝑ Legiſt. vt hic ꝑ Ale.& ꝑ Can. vt ꝑ gl.& ſcribentes in
d.c.bonæ,de poſtu.p̃l.& in c.iudicatẽ,30.q.vl.Itẽ intellige iſtã fal
lẽtiã in caſib.in qb.iudex põt ꝑuenire ad ſnĩam diffinitiuã: alˢ ſe-
cus,ſm Bar.hic.& iõ lite nõdũ ꝯteſt.nõ poſſet iudex ſupplere pro
abſentibus,ſm Ale.in ꝯſ.186.Viſis ſubtiliſſimis,lib.2.Tertiò intel
75 lige,†vt poſſit ſupplere ꝓ abſentib.ſed ꝯ̃ eos nõ põt, niſi aduerſa-
rius pñs petat,ſm Bar.ſ̃.ver.q̃ro,ꝑ tex.in d.§.& ſi qdẽ,& in l.ad pe
rẽptoriũ,ff.de iud.vñ ſnĩa lata ꝯ̃ abſentẽ nõ valet, niſi appareat,ꝙ
aduerſarius petierit ſnĩam ferri,ſm Pau.de Ca.poſt Bal.in d.l.vni
76 ca.Quartò intellige ꝓ abſentibus q ſunt in lite, † ſed ꝓ tertio ab-
ſente nunq̃ iudex põt ſupplere inquirẽdo de iure ipſius tertij,ſm
gl.in l.creditor,in prin.ff.mãd.quã ad hoc dicit ſing.Bal.in d.l.am
pliorẽ.vbi Bal.infert ex p̃dictis mirabilẽ cautelã ad faciẽdũ,ꝙ ex-
cluſus a facultate ꝓbandi valeat adhuc ꝓbare,videlicet, vt cìã det
iudici noĩa,& cognomina teſtiũ, & poſtea ſe abſentet: nã iudex
volens

volens ei fauere, poterit ex offõ testes recipere, & sequit D. Ale-
77 hic. sed vt dicã in seq. articulo, ista cautela nõ vr̃ vera. Sed quẽt, †an
ista fallentia procedat in criminalibus? vr̃, ꝙ sic: quia si procedit
in ciuilibus, debet multo magis ꝓcedere in criminalibus, vbi ma-
ius vertit periculum, & ita concludit Bar. hic, ꝙ si iudex velit sup-
plere de facto pro reo absente, potest; pro quo ẽt pñte, si non de-
fendatur, potest iudex supplere, & suam innocentiã tueri, l. si non
defendantur, ff. de pœn. nam reus in criminalibus non põt renun
ciare defensionibus, s̃m glo. & Bart. in l. pactum inter hæredem,
ff. de pac. quia non est dñs membrorum suorũ, l. liber homo, ff. ad
78 leg. Aquil. †ideo si reus †confiteatur delictum, non debet iudex ad
executionem procedere, nisi prius inuestigauerit de veritate cõfes-
sionis, l. j. §. fi. ff. de qõ. & nisi prius cõstiterit de delicto ꝯfessato, l. j.
§. item illud, ff. ad Sill. l. inde Neratius, §. fi. cum l. seq. ff. ad l. Aqui.
Et si cognouerit confessionem esse falsam, vel erroneam, dẽt reũ
absoluere, ex qua absolutione abolet omnis infamia suborta ex
confessione, s̃m Bal. in c. mulieri, de iureiu. & Fel. in c. capitulum,
79 col. 12. de rescri. † Sed pro accusatore absente Bar. negat iudicem
posse supplere, quia reo postulante debet nomen rei aboleri, l. li-
bellorum, §. fi. j̃. de accus. Sed tu considera, an istud sit verum, nã
in casibus, in quibus potest perueniri ad sententiam diffinitiuã, si
iudex potest pro reo absente supplere, multo magis deberet pos-
se pro accusatore, vt delicta puniantur, l. congruit, ff. de offi. præsi.
Et ꝯ Bar. vr̃ casus in c. 1. & 2. de collu. deteg. Nisi dixeris, ꝙ illa iu-
ra procedunt de iure canonico, quo iudex potest indistinctè pro-
cedere per inquisitionem, c. inquisitionis, c. qualiter & qñ. 2. de ac
cus. Bar. verò loquitur de iure ciuili, quo rr̃ non licet procedere ꝑ
inquisitionem, vt no. in l. 2. & ibi Bar. in §. si publico, j̃. de adulte.
ꝑpea Bar. hic negat isto casu iudicem posse procedere ad diffiniti
uam, sed solum ad interlocutoriã, qua mediãte absoluet reum ab
obseruatione iudicij, declarando nomen rei abolitum esse ꝑ ab-
sentiam accusatoris. Aduerte, quia si ita esset, Bar. optimè conclu-
deret; sed istud, ꝙ iudex non possit prosequi causam, & ad diffini
tiuam procedere, non vr̃ verum, & in ꝯrium est tex. in l. penult. in
prin. s̃m vnum intellm̃, j̃. de pub. iud. quem intellm̃ approbat idẽ
Bar. in d. l. libellorum, §. fi. & in l. inter accusatorem, in fi. ff. de pu-
blic. iudi. Et indistinctè, ꝙ iudex possit supplere vices accusatoris
absentis, tenet Bar. sibi ꝯrius in extrauag. ad reprim. in verbo, ne-
glexit. per tex. in d. l. pen. & in l. 2. C. de aboli. idem tenet Imo. in
d. l. pen. Sed cogita, si forte Bar. hic velit, ꝙ iudex non possit pro-
cedere ad diffinitiuam reo postulante nomen aboleri, d. l. libello-
rum, §. fi. sed vbi reus non postularet abolitionem, procedat ꝯria
opin. & tex. in d. l. pen. super quo considerabis, quia non reperio
80 istud discussum. Adde † etiam, ꝙ si accusator, & accusatus ambo
absunt, iudex nihilominus in eorum absentia poterit testes exa-
minare, s̃m Bal. & Barb. in c. consuluit, col. 20. de off. deleg. quod
no. quia est quartus casus omissus per Bart. Et bene facit, quia iu-
dex potest cogere scientes ad iudicandum delictum nemine petẽ
te, s̃m glo. in l. 4. §. si tibi indicium, ff. de cond. ob turp. cau. quod in
telligit ibi Bald. procedere accusatione instituta, aliàs non potest
nisi in delictis, pro quibus iudex potest procedere per inquisitio
ne, vt supra dixi, de quo per Cyn. in l. 2. C. de his, qui ad eccl. con-
fug. & per Bar. in l. ciuile, C. de furt. Iuxta præmissa quærit quin-
81 to loco Bart. an iudex possit condemnare †victum in expensis nõ
petitis? Respondet post Dyn. faciendo duas conclusiones. Prima,
ꝙ iudex possit, quia in emergentibus post litem contestatam iu-
dex potest impartiri officium non postulatum, vt dixi supra in 4.
fallen. sequuntur *communiter* scribentes hic. Idẽ tenet Bar. in l. non
quicquid, ff. de iudi. Bar. Sal. & Mod. in l. properãdum, §. sinautem
alterutra, C. de iud. glo. Pan. & alij in c. fi. de rescript. & D. Ias. alia
adducens, in §. omnium, col. 19. Instit. de actio. Sed quia ratio hu
ius communis decisionis ostendit eam procedere solum in expẽ-
82 sis factis post lit. contes. reuoco †in dubium, an sit extendenda ad
expensas factas ante litis contesta. glo. in c. finem litibus, de do. &
contu. tenet ꝙ non. sequitur Spe. in tit. de expen. §. nunc de expẽ.
quæ fiunt post litem. idem tenet Alex. & D. Ias. in d. §. sinautem al
terutra. Contrariã sententiam tenuerunt Iac. de Are. Cyn. & Bal.
in l. sancimus, C. de iudi. Imo. in l. Paulus, j. j̃. de re iudic. Sal. in d. l.
sancimus, Imo. in c. sæpe, de appell. D. Ant. & Pan. in d. c. finem li-
tibus. Mouetur primò, quia etiam expensæ factæ ante lit. contest.
debentur officio iudicis, s̃m glo. in l. terminato, C. de fruct. & lit.
expen. ergo vr̃ rationabile, ꝙ iudex possit super eis impartiri offi-
cium non postulatum, cum subsit eadẽ ratio, ne ex lite lites fiant,
d. l. terminato, in fi. Sed potest rñderi, ꝙ licet debeantur officio iu
dicis, tñ iudex non potest impartiri officium non postulatum, ni-
si in emergentibus post litem contest. vt hic, iuncto d. §. sinautem
alterutra. Secundo mouentur per tex. in d. l. sancimus. sed ibi cõ-
stat expensas fuisse petitas, alias iudex non teneretur resarcire de
suo, prout ibi deciditur s̃m Bar. & alios hic. Tertio alleg. tex. in c.
cum dilecti, in fi. in verbo, curauimus condemnare, de do. & con
tu. Ad istum tex. potest etiam rñderi, ꝙ ibi fuerunt petitæ: sed qa
ex litera istud nõ colligitur; rñdeo aliter, ꝙ ibi tex. loquitur de ex
pensis contumaciæ, nos vero de expensis victoriæ. & rõ diuersi-
tatis est, quia contumax offendit iudicem in non comparendo, l.
vnica, ff. si quis ius dicẽ. non obtẽ. & iõ ne maiestas sua contẽne-
tur, sibi conceditur condemnare ꝯtumacem in expensis non pe-
titis, sicut ẽt conceditur mulctare contumacem nemine petente,
c. j. de iud. & dixi s̃. quæ ratio cessat in expẽsis victoriæ, & eodem
modo rñderi potest ad d. l. sancimus. Quid tenendum? Mihi pla-
cet ista vlt. opi. quæ s̃m Albe. in d. l. sancimus, ẽt seruatur de con-
suetudine. quia expensæ factæ ante litem contest. ita factæ fuerũt
ad victoriam consequendam, sicut factæ post. vñ non debent di-
uerso iure censeri, tñ quia ab eadem causa procedit, tñ quia inter
se connexitatem habent: & cõnexorum idem debet esse iudiciũ,
83 l. eum actum, ff. de nego. gest. c. translato, de constit. † Secunda est
concl. Bar. ꝙ iudex non tenet condẽnare victum in expensis non
petitis, per l. non qcquid, ff. de iud. & per reg. supra primo loco tra
ditam. sequuntur alij *communiter*. Solus Salyc. in d. §. sinaũt alteru-
tra, amplectitur ꝯriam sñiam per tex. in l. in bonę fidei, C. de reb.
cred. in verbo, oportet, directũ ad iudicẽ. Sed rñdeas, ꝙ debet in-
telligi parte petente, vt dixi supra in 2. ampliat. primi articuli. Se-
cundo, qa constat iudici victum esse condemnandum in expẽsis.
constat etiã de quantitate, habita relatione ad acta, l. j. C. de spor.
ergo tenet ex his, quæ sunt sibi nota vt iudici supplere, iuxta glo.
in l. j. C. qui, & aduer. quos. Sed tu rñdeas ex his, quę dixi supra in
5. fallen. primi articuli. Tertiò mouetur, quia condemnatio expen
sarum concernit vtilitatem publicam, vt temeritas litigantiũ cõ-
pescat, l. eum, quem temere, ff. de iud. ergo tenetur impartiri offi-
cium non petitum, l. congruit, ff. de off. præsi. sed rñdeas verum es
se, si ad vtilitatem publicam principaliter, vt dicit Bart. s̃. in princ.
secus si ad vtilitatem publicam. Secundario, vt in casu nostro. Vt
tamẽ effugias has disputationes, sis cautus, ꝙ in calce libelli, si sis
actor, vel in calce exceptionum, si sis reus, petas aduersarium cõ-
84 demnari in expensis factis, & faciendis. Et scias, † ꝙ si iudex omi-
serit condemnare victum in expensis, poterit victor per totã diẽ,
qua est lata sententia, petere, ꝙ iudex suppleat condemnationem
expensarum, & iudex supplere tenebitur, quia per totam illam
diem durat eius officium quantum ad expensas, l. Paulus, j. j̃. de
85 re iudic. Venio ad tertium principalem articulum, an in †quacun-
que parte iudicij iudex possit officium impartiri? Circa quem, aut
quæritur de officio iudicis circa radicata in persona partis, aut cir
ca radicata in persona iudicis. Primo casu iudex nõ potest officiũ,
in quod loco exceptionis proponitur, impartiri nisi in termino, in-
tra quem posset pars excipere, l. filiusfamil. §. veterani, & ibi glo.
& clarius Bal. ff. de procur. & glo. in l. si ita demum, C. eod. & Lu
do. Rom. hic. Et ex hoc redditur periculosa opin. D. Ant. & Pan.
in c. pastoralis, in fi. de except. dum dicunt, ꝙ iudex ex officio po-
test opponere exceptiones dilatorias post terminũ præfixum par
tibus. istud non vr̃ verum per text. in d. §. veterani. Ex hoc etiam
vr̃ reprehendenda cautela Bal. in d. l. ampliorem, de qua supra me
mini, & eam reprehendit Lud. Rom. hic. Nec obst. responsio do.
Alex. dicentis, ꝙ in casu d. §. veterani, iudex nõ repellendo procu
ratorem ex officio ante litem contestatam videatur illum appro-
basse: quia eodem modo potest dici, ꝙ iudex nõ faciendo proba-
tiones in termino, censeatur renunciasse facultati probandi, sicut
86 censetur renunciasse parti. Secundo casu circa †radicata in perso-
na iudicis, aut quęritur de officio iudicis circa interlocutorias, aut
circa diffinitiuas. Primo casu, aut agitur de interlocutoria facta
reuocanda, & tunc dicas vt per Bar. & scribentes in l. quod iussit,
j̃. de re iudic. Aut agitur de interlocutoria omissa facienda, & tũc
iudex potest vsque ad sententiam diffinitiuam supplere interlo-
cutoriam omissam, s̃m Imo. in c. sæpe, de appell. Bar. in l. termina-
to, versic. quæro extra glo. C. de fruct. & lit. expen. Bal. in d. §. sinau
tem alterutra, col. j. C. de iudic. & D. Ias. in d. §. sinautem alterutra,
col. penul. Nisi iudex per processum ad vlteriora videatur ꝯrium
pronunciasse, iuxta l. a procedente, & ibi Bart. C. de dilat. Secun-
do casu, quando agitur de officio iudicis circa diffinitiuam, lata
sententia expirat officium, l. iudex posteaquam, j̃. de re iudic. nisi
eadem die circa accessoria, d. l. Paulus. Circa quartum articulum,
87 †an a iudice non impartiẽte officiũ non postulatum liceat appel-
lare? Facias conclusionem negatiuam, ꝙ non licet. Ita concludit
Specul. in tit. de offic. iudic. §. impedit, quia non læsit partẽ, licẽt
non iuuauerit. sequitur Bald. in l. nec quicquam, §. vbi decretum,
col. 5. ver. pro vberiori autem intellectu, ff. de offic. procon. transit
Bart. hic in fi. idem tenent Bal. & Pau. de Cast. in l. non quicquid,
per illum tex. ff. de iudic. & Panor. in c. significauerunt, & in c. ex-
ceptionem, de excep. & in c. prudentiam, §. sexta, de offic. deleg. &
ista est *communis* opin. vt patet ex adductis per Fel. in d. c. exceptio-
nem, col. 1. & seq. Ideo dicebat Bal. in l. fi. col. 2. C. de senten. & in
terloc. omn. iudic. ꝙ a negligentia iudicis non appellatur. Sicr̃ nec
a tarditate, quia differre non est grauare, s̃m Bald. in l. fin. §. illud,
per illum tex. C. de temp. appell. Intelligas ista procedere in casi-
bus, in quibus iudex non tenet impartiri officium, de quibus su-
pra in secundo articulo, sed in casibus, in quibus tenetur, & de q-
bus supra in primo articulo, potest appellari, s̃m Pau. de Castr. in
d. l. non quicquid, & Feli. in d. c. exceptionem, qui propterea re-
prehendit Specul. in d. §. impedit. dum exemplificat hanc conclu
sionem in iudice non repellente excommunicatum agentem,
88 quem tenetur repellere ex officio, vt supra dixi. Hinc est, ꝙ †a iu-
dice requisito negligente impartiri officium potest appellari, l. j.

Cũ

C.si sæpius in inte.rest.fu.postu.& firmat Bar.in l.j.col.antepe.ff.
de iur.om.iu.Ratio.n.est,quia iudex tenet impartiri officiũ postu
latum,vt hic,& in §.præce.& a negligentia iudicis obligati ad di
ligentiam pōt appellari,ſm gl.fi.in c.legitima,de app.in 6.& in c.
89 ad aures,de simo. Plus dico,ꝙ grauamen † illatum negligentia
iudicis nunq̃ transit in rem iudicatam,ſm Bal.in c.per tuas,de te-
sti.per illum tex.sequitur d.Phil.de Peru.in c. ex ratione,col.xv.
& in c.cũ cessante,car.pe.ver.vltimo quæritur,de app. Sed pone,
90 q̇ † iudex non fuerit impartitus officium non postulatum in ca-
sib.quib.non tenet,& ad diffinitiuam processerit,a qua fuerit ap-
pellatum,an pars possit implorare a iudice applonis offm̃ nō po-
stulatum a primo iudice? vr̃ ꝙ non, quia ad iudicẽ applonis non
pertinet cognitio nouæ petitionis.l.eos,C.de app.In ꝯrium facit
quia licet a iudice applonis petere restitutionẽ in inte. l.vnica.C.
de in inte.rest.post.&c. Br̃,aut quærit,an admittat imploratio of-
ficij iudicis applonum ad effectum iudicandi grauamen, & ꝯstat
non esse admittendũ,quia iudex a quo,non grauauit. Aut quærit
ad effectum reformandi sñiam diffinitiuam, & vr̃ debere admit-
ti,d.l.vnica. Aut quo ad effectum supplendi diffinitiuam. Exem-
91 plum,Iudex † omisit ꝯdẽnationẽ expensarũ,quia non fuerunt pe
titæ,appellat:quæritur,an victor possit petere,ꝙ victus condem-
net in expensis nō petitis in prima instantia? Iste est difficilis pas-
sus,& habet duo capita. Primum est, qñ solus victor appellauit
ab omissa ꝯdẽnatione expẽsarum. Scd̃m est,qñ victus appellauit
a sñia ꝯdemnatoria. Circa primum, difficultas reducitur ad hoc
an victor potuerit appellare. Pan.in d.c.significauerunt,col.ij.te-
net ꝙ non, quia a iudice non impartiente officiũ non postulatũ
non appellatur, vt statim dixi,sequitur ibi Fel. quia hic cessat gra
uamen,ergo cessabit applo,c.cũ cessante,de app. sequuntur Bal.
& Sal.in l.fi.C.qñ prouo.non est ne. Contrariam sñiam tenent
Do.de Rota decis.353.si auditor,in nouis.sequitur d.Ant.de Bu.
in d.c.significauerunt.& Pan.sibi ꝯrius in c.finem litib.col.pe.de
do.& ꝯtu.& do.Phil.de Peru.in c.sæpe.col.fin. de app.moti,quia
etiam ab omissis pōt appellari,ſm gl.in d.c.legitima. Sed rñdeo
istud non procedere in casib.in quib.iudex non tenet officiũ im-
partiri,vt s̃.dixi.Secundo,quia licet victor,qui non petijt, nō fue
rit læsus a iudice,tñ saltem fuit læsus sua imprudentia,& leuitate
l.minorem,ff.de min.Sed rñdeo,ꝙ sibi dẽt imputare,vel recurre
re ad remediũ restonis in inte.si iusta cã fuerit impeditus officiũ
iudicis implorare.Tertio,quia petitio expensarum non dr̃ extra-
nea a cã principali,immo connexa.l.sancimus, C.de iud. vnde si-
cut licet ex noua causa reformare primam sñiam, eodem modo
erit licita reformatio circa connexa. l.Titianus. ff. quod cum eo.
92 Sed rñdeo,negando,ꝙ † iudicium expensarũ sit connexum cum
principali:nam illa in mã applonis dñr ꝯnexa, q̃ separari nō pñt,
C.si vnus ex plu.ap.Snia aũt expensarum est separadilis,patet qa
principalis potest esse condẽnatoria, & sñia expensarum absolu-
toria pp iustã cãm litigandi,d.§.si autẽ alterutra. & comprobat
93 Fel.in d.c.significauerunt,col.4.Secundum caput † est,qñ victus
appellauit a diffinitiua,& isto casu victor poterit expensas petere
in cã applonis.Et retenta opi.quam tenui in præcedenti,istud nō
procederet,si victus appellasset in passib. & punctis ꝯ se faciẽtib.
tm̃,quia tunc facientibus pro victore appellatio non deuoluitur
vt traditur in c.si duobus.de app.& per Pan.in d.c.significauerũt.
Adde pro primo membro, ꝙ si victus simplr appellauerit, possit
victor appellatus petere expensas primæ instantiæ ſm Rot. in d.
dec.353.& Perus.in d.c.sæpe,qui adducũt tex.ĩ l.oẽm honorẽ,C.
qñ prou.non est ne.& rõ est,quia appellatus pōt vti applone ad-
uersarij tanq̃ cōi,c.ex parte,& ibi no.de rescri. Nec ob.ſm eos,ꝙ
victor non possit appellare ab omissa ꝯdẽnatione expensarum,
quia sæpe consequimur ex persona alterius, quod ex nostra non
possumus,l.petendæ,C.de temp.in inte.rest.pet. Sed aduerte, si
velis tenere ꝯrium,quia tex.in d.l.oẽm honorem,loquitur qñ iu
dex absoluit victum ab expensis,vel qñ condemnauit in minori
quantitate q̃ deberet,prout declarat d.Geor.Nat.in rep.cle.sæpe,
§.quæ omnia,col.9.de ver.si.nos autem loquimur, qñ iudex omi
sit condemnationem expensarum.Nec ob.ꝙ applo sit cōis,quia
intelligo,ꝙ sit cōis quo ad petita in prima instãntia, non ad effe-
ctum,ꝙ appellatus possit de nouo petere. Circa quintum,an iu-
94 dex † negligens impartiri officium non postulatum incurrat ali-
quam pœnam.Pau.de Ca.late hic distinguit.Tu breuius sic dicas,
aut loquimur,qñ iudex non tenetur impartiri, & tunc nullã pœ
nam meretur,vt hic. aut qñ tenetur impartiri, & tunc ꝯ eum da-
tur parti læsæ actio in factum ad interesse,vt in Auth.vt diff.iudi.
§.si tamen.vel quantum æquum iudici visum fuerit,l.fin.ff.de va.
& extraor.cog.de quo per Bar.ibi,& in l.j.C.quomo. & qñ iu. &
per Alex.in §.præce.& per d.Ias.in §. præterea, col.2. Insti.de act.
95 Et adde, † ꝙ iudex negligens punire delinquentes, potest tanq̃
conscius criminis conueniri,l.non solum,& ibi no.Bal. C.de cō.
& mer.Item iudex negligens impartiri officium in casib.quibus
tenetur,potest officio priuari,l.si quos, C.de off. præfect.prætor.
Et iudex negligens mulctare contumaces,& pœnas fisco scribe-
re,vel officium interponere in exactione debitorum fiscalium,
priuari potest omnibus salariis, & emolumentis acquisitis in
96 officio,l.iudices,C.de annon.& tribu.lib.decimo.Et † de pœna
negligẽtis facere iustitiam,videas plenissime Parid. de Put in tra-
cta.syndi.§.sindicantur ẽt officiales rõne denegatæ, vel neglectæ
iustitiæ.& in §. negligentia,& aliqua p Fely.in c. excõicauimus.
97 col.2.de hær.† Circa sextum, an in dubio præsumendũ sit iudi-
cẽ fuisse offm̃ impartitum ad petitionẽ partis? vr̃ ꝙ non, qa peti-
tio partis est quædã solennitas extrinseca, q̃ in dubio non præsu-
mitur,l.quęcunq;,§.fi.ff. de publ.act.vide gl.in l.sancimus, in ver
bo,p contumaciam,C.ad Treb.q̃ instituit practicãtes,ꝙ faciãt in
actis registrari,qualr instante & requirente parte,iudex fuit offm̃
impartitus. In ꝯrium facit, qa citatio in dubio p̃sumit fcã ad pe-
titionẽ partis, ſm d. Ant.Pan. & alios in c.j.de iud. Item facit; qa
si in libro mercatoris reperiatur aliquid scriptũ, quod ad meas
rõnes faciat, istud scriptũ pręsumit ad petitionẽ meam ſm Bal.
in l.edita,C.de edẽ.Itẽ facit,qa testis in dubio præsumitur ad pe-
titionem partis deposuisse, & non vltro se obtulisse, ſm Do. de
Rot.decis.372.fuit dubitatum, in nouis, sequit Fely. in c.2.col.7.
de testi. Quid tenendum? Mihi placet prima opi. nisi iudex fue-
rit impartitus offm̃ super actu requirente impensam, tunc præ-
sumitur interuenisse petitionem eius, cuius interest talem impẽ
sam facere p ea q̃ tradit Bar.in l.cũ seruus,ff.de verb. obl. p illum
98 tex.& per tex.in l.fi.C.de ali.pupil.præst.Ista est † rõ,quare citatio
præsumat fcã ad petitionem partis, qa in citatione faciẽda requi-
rit impensa, l.j.C.de spor. & sequit Fely.alia adducens in c.sicut,
col.pe.de re iud.tradunt Moder.in l. sciendum, ff. de verb.oblig.
99 Circa vltimum, an sufficiat † illa gñalis petitio, peto ius, & iusti-
tiam ministrari.& vr̃m benignum offm̃ impartiri. Pan.in c.fi.in
fi.de iureiur.rñdet, ꝙ sic, idem tenet Pau.de Ca.in d.l. vnica, C.
vt quæ desunt aduo.iudex ipse supple.& Bal. in l. properandum,
§.si autẽ alterutra,C.de iud.sequit d.Ias.in §.omnium,col. 20. In-
sti.de actio.Contrarium tñ vr̃ tenere idẽ Ias. in repe.l. admonen-
di,ff.de iureiur.vbi dicit Pan. in d.c.fi. dicentem, gñalem petitio-
nem sufficere,debiliter locutum fuisse.& pro ista sñia facit, quia
petitio illa gñalis restringenda vr̃ ad petita in libello, argu.l.si de
certa re.C. de transa. ergo non vr̃ extendenda ad incidentia, vel
emergentia. Cõfirmatur, qa & si pars in libello petierit p se sen-
tentiam ferri iustitia mediãte, non tñ iudex pōt sibi dare dilatio-
nes ad probandũ, nisi petant, iuxta ea, quæ s̃. dicta sunt, merito
100 cõsultius † est,ꝙ actor in libello,& reus in exceptionib.petat ius
& iustitiam ministrari, & offm̃ impartiri super deductis, & de-
ducendis, ac emergẽtib.incidentib. & cõnexis, ac eorum singu-
lis. Ex istis remaneat declarata prima pars huius tex.Venio ad
101 secundam, ex qua colligo plura.Primo, ꝙ iudex † requisitus ex-
tra locum iudicij non tenetur de neglecta iustitia. quod facit ad
mãm repręsaliarum,vt hic per Bal. Secundo no. ꝙ paria sunt nō
facere, vel minus legitimè.ad idẽ tex.in l.quoties, vbi Moder.ff.
102 qui satis.cog. Tertio no. ꝙ † non dicimur postulare a iudice, nisi
postulemus ab eo sedente pro tribunali, ad idem tex. in l.j. §.po-
stulare.ff. de postu. Quod inducit Bal.hic ad qō. statuti disponen-
tis testimonium nō insinuatum posse insinuari, donec fuerit po-
stulatum cassari.Istud intellige. Primo in his, q̃ requiruntur cau-
sæ cognitionẽ,l.a procedẽte,C. de dila.secus vbi nulla requiritur
causæ cognitio,§.serui, Insti.de liber.l. nec quidq̃, §. de plano,ff.
de offi. Procon. Secundo intellige in his, quæ aguntur in figura
iudicij, vt hic,alias secus.l.2.§.dies, ff. quis ordo in bon.pos.ser.
103 Tertio intellige † in his, q̃ plenam requirũt causæ cognitionem,
secus si non plenam,l.voluit,ff.de interro.act.quam sic intellexit
Bar.in d.l.a procedente.Sed Bar.hic super hoc dubitat,& ego nō
credo verum per istũ tex. & tex.d.l. a procedente. Vnde aliter re-
spondeas,ꝙ ẽt ea, quę requirunt summariam cãæ cognitionem,
expedienda sunt iudice sedẽte pro tribunali:Sed dr̃ia stat in hoc,
quia ea quæ requirunt plenam cognitionem, sunt postulanda,
& expedienda iudice sedente pro tribunali in loco maiorum so-
lito,& eminenti,l.pe.ff.de iust. & iu. Ea vero, quæ summariã co-
gnitionem exigunt, possunt postulari, & expediri iudice seden-
te pro tribunali,vbicũq; sedere voluerit,etiam si domi,vel in via.
104 ita debet intelligi tex.in d.l. voluit. Ex quo infertur, ꝙ in causis
summarijs iudex non posset ferre sententiam deambulando,
oportet eum sedere pro tribunali. Quamquam Lud.Ro.in sing.
729. de vno summario tenuerit contrarium, & male.nec gl. in d.
l.voluit, quam ipse allegat,istud dicit,immo sentit oppositum,si
recte intelligatur. Vltimo no. ꝙ cautio damni infecti debet peti
105 iudice sedente pro tribunali. Sed quæritur, an in † causa damni
infecti requiratur libellus. Spe.in tit. de libel.concept.§. nunc di-
cendum, ver.32. respondet, ꝙ sufficit qualis qualis petitio etiam
sine scriptis. & p eo facit,quia cã damni infe.indiget celeritate,l.
j.§.e.nam in cã alimentorum, q̃ celeritatẽ expostulat,non reqrit
libellus,l.si quis a liberis, §.si vel parẽs, ff.de lib. agno.l. pen.ff.de
his,q sunt sui.& pro eo facit gl.in l.q bona, §.si alieno, ĩ. eo. quæ
tñ loqtur in alio casu, vt aduertit Bar. hic in fi. melius facit glo.in
rub.ff.de interr. act. quæ vult, ꝙ non sit necessarius libellus, vbi
imploratur offm̃ iud.cui tñ glo.pōt rñderi, ꝙ loquitur de officio
iudicis mercenario,nos aũt loquimur de officio nobili. Contra-
riam opi.ꝙ requiratur libellus,tenet Gul.de Cu. Bar.Ang. Imo.
Pau.de Ca.& *communiter* alij.hic .Idẽ tenẽt Inn.& Io.And.in c.j.
de libel.obla.moti pluribus fundamentis.Primo per istũ tex.qui

requirit, ꝙ cautio dãni infecti petat a iudice sedẽte pro tribunali, sed parũ facit, quia dilationes petunt iudice sedẽte pro tribunali, l.a procedente, C. de dila. & tñ in petendis dilationib. nõ requirit libellus. Secundo mouentur per tex. in §. toties, s̃. ea. l. sed loquit de libello denunciante petitã fuisse cautionẽ, vt ibi per gl. nõ de libello ɔuentionali. Tertio mouent per tex. in l. prætor ait. & in l. qui bona. §. fi. j̃. eo. vbi in cã dãni infecti requirit causæ cognitio, ergo libellus, & litis contestatio ſm eos. sed ista ɔña non est vera, vt patet in cã alimẽtorũ, & in causis, in quibus procedit sine figura iudicij, de quib. in cle. sæpe, de ver. sig. & aliis multis, vbi proceditur cã cognita, & tñ libellus non est necessarius. Quarto mouẽtur, quia cautio dãni infe. petit officio iudi. nobili, l. stipłonũ aliæ, in prin. ff. de ver. obl, & no. per gl. in l. inquilino, j̃. eo. & in forma
106 iudicij, vt hic. ergo † requirit libellus ſm gl. ĩ l. 2. §. dies. ff. quis or. in bo. poss. ser. & in l. j. in prin. ff. de eden. & in l. de submersis, C. de nau. lib. xj. firmant Bar. & alij, in l. nec quicq̃, §. vbi decretum. ff. de off. procon. & concedunt Can. qñ implorat offi. iud. nobile loco actionis, per tex. in c. fi. de offi. iu. Sed ad istud põt rñderi, ꝙ fallit in casibus egentib. celeritate, vt in cã alimentorũ, & damni infec. ſm Iac. But. in l. j. ff. de iur. om. iu. quẽ sequit Imo. in d. c. fi. col. pen. Vltimo mouent, quia in nũciatione noui operis requiritur libellus, vt per gl. Bar. & alios in l. de pupillo, §. qui opus, s̃. ti. j. ergo ẽt requirit in cã dãni infe. q̃a nun. no. ope. fit ẽt cã dãni infe. l. j. §. nunciatio fit, s̃. ti. j. sed istud est, de quo disputamus. non enim ex hoc õndit, ꝙ in nunciatione, q̃ fit cã dãni depellendi, libellus requirit. Quid tenendũ? Bar. hic dicit istum artic. esse ambiguũ pp varietatem opinionũ, in tñ ꝙ sñia lata sine libello non posset dici nulla tanq̃ prolata ɔ̃ ius, cum pp varietatẽ opinionũ ius reddat dubiũ, ſm gl. in proœ. C. in ver. certas. Sed istud dictũ Bart. in proposito non vr̃ verũ, postq̃ apparet *communem* esse opi. ꝙ requirat libellus.
107 † nã paria sunt iudicare ɔ̃ legẽ, vel ɔ̃ cõem sñiam Doct. & vtroq; casu sñia est ipso iure nulla, ſm Bar. in l. cum ꝑlatis, & ibi D. Ale. & Mod. j̃. de re iu. & Pan. in c. j. extra eo. tit. de re iudi. Sed Pau. de Ca. in isto puncto arbitratur distinguendũ, an appareat domum esse ruinosam, vel ne. Primo casu non sit necessarius libellus, secũdo vero sic. Et pro ista distinctione facit, quia qñ implorat offic. iud. nobile super executione rei iudicatæ, non requiritur libellus, q̃a implorat officiũ super re liq̃da, ſm Pan. in d. c. fi. in fin. & hanc distin. admittit Maria. Soc. post Hostien. in c. j. fallen. 24. de libel. obla. dicens tandem istud esse arbitrariũ considerato periculo im
108 minentis ruinæ. Quæritur vltimo, an † in cã damni infe. requirat litis ɔtestatio. Bar. rñdet, ꝙ sic, ꝑ fundamenta s̃. adducta, ꝙ reqrat libellus. Nec ob. ꝙ hęc cã sit summaria, q̃a ẽt in summariis requiritur litis contest. l. tigni. §. idem scribit, iuncta l. 3. §. sciendum est aũt non solũ. ff. ad exhi. & declarat late Bar. in extraua. ad repri. in verbo, summarie. Ista opi. mihi placet, retentã opin. ꝙ requiratur libellus, q̃a valet ɔña, requirit libellus, ergo litis ɔtest. auct. offeratur, C. de lit. conte. Sed retenta ɔ̃ria sñia, ꝙ nõ requiratur libellus, vr̃ dicendũ, ꝙ nec ẽt requirat litis contest. nam si libellus, qui est origo, & fundm̃ litis, põt omitti, multo magis litis contest. quæ su
109 per libello fundatur. Et sicut sine † sacro baptismi alia sacramẽta nihil valent, c. veniens, de presby. non bap. sic sine libello non tenent aliæ partes iudicij, c. j. de libel. obla. ergo vbi libellus non requiritur, cætera extra ordinem peragi possunt, ita dicunt Io. An. D. Ant. & Maria. Soc. in c. quoniam frequenter, col. 18. vt lit. non contest. Sed Car. Flor. in cle. sæpe, in prin. q. 13. de verb. signi. non admittit hanc consequentiam, cum multi sint casus, in quibus non requiritur libellus, & tamen necessaria est litis contest. Et ex istis cum laude Dei remaneat vtiliter, vt puto, expeditus iste §.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio huius rubricæ, communiter approbatur tanquam continuatio Legislatoris, & nouis argumentis defenditur. & nu. 2.*
3 *Contrariorum an sit eadem disciplina, late.*
4 *Contrariorum, in quibus est eadem ratio, in vtroq; eadem etiam est iuris dispositio directo, & non per contrarium, secus vbi diuersa. nu. 6.*
5 *Argum. a cõtrario sensu nõ hẽt locũ, qñ in vtroq; cõtrario militat eadẽ rõ.*
7 *Sorore exclusa a statuto a successione fratris, an contra videatur frater exclusus a successione sororis.*
8 *Testamẽtum si vigore statuti possit fieri per duos testes, an reuocatio illius possit etiam fieri per duos.*
9 *Solẽnitas, quæ requiritur in confessione actus, etiã requiritur in dissolutione.*
10 *Mulier si non possit contrahere sine consensu proquinquorum, non etiam poterit distrahere.*
11 *Statutum disponens, quod acquisita per fratres sint communia, intelligitur etiam disponere quod etiam sint debite communia.*
12 *Condemnatione prohibita, an censeatur prohibita absolutio. remissiue.*

De acquirenda possessione, Rubrica.

Iste tit. cõtinet mãm vtilem, subtilem, & speculatiuã, in qua enucleanda sequar ordinem Bar. omissis pluribus impertinentibus sub quib. insistunt Nouissimi. Glos. rubri. duo facit. Primo continuat titulum. Secundo, rñdet tacito quæsito. In j. parte gl.
1 *communiter* approbatur, q̃a † ista fuit continuatio Legislatoris in §. fi. Insti. de vsu & habi. quidã tñ dñt, ꝙ continuatio, de qua ĩ l. §. fi. bñ adaptatur ad tit. de vsuca. q̃ seqt istũ tit. & per quã vsuap. & præscriptionem acquiritur dñium de iure ciui. sed nõ bñ adaptatur ad istum tit. Nec ob. ꝙ possessio sit necessariũ pręambulũ ad vsucap. & præscrip. l. sine possessione, s̃. de vsuca. quia secũdũ Are. est etiam necessarium præambulũ ad acquirendũ dñiun de iuregẽtium, quod sine tradõe, vel apprehensione nõ acquirĩtur, l. traditio, s̃. tit. j. l. j. §. j. j̃. eo. vnde hac rõne attenta inferunt, q̃ iste tit. debebat etiam anteponi tit. præce. Ad istud contrarium accõmodantur quatuor solões per scribentes hic, quas seriosius refert hic do. Ias. & tres computat, vt per eũ hic. Sed tu dicas ꝙ pos-
2 sessio non est cã acquirẽdi † dominium de iuregentium, sicut est cã acquirendi dñium de iure ciui. capiendo possessionem prout est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, qđ sic probatur: de iuregentium dñium acquiritur tradõne uel apprehensione, iuribus præallega. & sic traditio, & apprehensio sunt causa immediate acquirendi dñium de iuregentiũ, & non ipsa possessio, quinimo tradõ & apprehensio sunt ẽt cã acquirendæ possessionis, l. quemadmodũ, j̃. eo. vñ impołe est, ꝙ cã acquirẽdę poss. sit idẽ, quod ipsa possessio, cũ cã aliud sit q̃ causatum, l. licet, §. ea obło, ff. de ꝑc. Non ob. tex. in d. §. j. dũ dicit, ꝙ dñia a naturali possessione originem trahũt, q̃a ille tex. intelłr de apprehensione, & sic de poss. facti: nos aũt loqmur de posses. q̃ est ius. & de ista loquit iste tit. In ea. gl. ibi, quia contrariorum eadem est disciplina. quidam dicũt ꝙ attenta hac rõne superflua sunt illa verba, vel amittenda possessione, de quib. in rub. q̃a cognito vno de ɔ̃rijs, & sic qualr acquiratur possessio, sequitur cognitio alterius, qualr admittatur Sed tu dicas ꝙ acqrere, & amittere non sunt ɔ̃ria, quia circa idem subiectum in eodem tpe nõ pñt cõcurrere, sicut amittere & retinere, q̃ directo ɔ̃riant, & circa idem priuatiue opponunt, vt dñt Dialectici. Captata occasione Are. & Mod. examinãt istud brocardicum, an ɔ̃riorum eadẽ sit disciplina: & meo iudicio satis impertinenter, sed postq̃ oẽs Mod. insistunt, ego breuissime aliqua
3 subijciam. Sit igit regula, † ꝙ ɔ̃riorum eadem est disciplina. Ista regula põt duplr intelligi. Primo, vt sit eadem disciplina, i. cognitio, ita ꝙ cognito vno ɔ̃rio, cognoscit alterum, & sic intellecta verissima est, l. pe. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & ibi Bal. infert ad plures qões in practica. ad idẽ tex. Insti. de tut. in prin. & clarior tex. in l. qui accusare, j̃. de accus. & isto mõ intellexit glo. hic. Secundo põt itelligi, vt sit eadẽ disciplina, i. dispõ. ita ꝙ dispositum in vno cõtrario, idem intelligat dispositũ in alio. Et adhuc ista intelligentia capit duplicem sensum. Primo vt ɔtrariorum sit eadem dispõ per ɔ̃rium. Secundo, vt sit eadem dispõ de directo. Primo ergo sit regula, ꝙ ɔ̃riorum, in quib. est ɔ̃ria ratio, eadem est dispõ, secundum naturam contrariorum, l. & si contra tab. ff. de vul. & pu. l. si ex toto, in prin. ff. de leg. j. c. 2. j. q. i. cum si. Hinc dicimus ꝙ id qđ operatur propositum in proposito, idẽ operat oppositũ in opposito, l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. & §. plus, Inst. de act. c. hospitiolum, 22. dist. Et ꝑpea dicebat Ro. ɔsi. 446. primus propositæ consultationis articulus, in 2. dubio, ꝙ ꝑ tradõnem instrorum facta alicui probatur factũ mandatũ, sicut ꝑ repetitionẽ instrorum
4 probatur reuocatio mandati. Secunda regula sit, ɔtrariorum † in quib. est eadẽ rõ in vtroq;, est ẽt eadem dispõ directo. & non per ɔ̃rium. in istis terminis loquitur gl. in cle. fi. in verbo, repulsione. de appel. quæ vult, ꝙ admissio exceptionis peremptoriæ dicatur sñia interlocutoria, q̃a non diffinit negotium principale: eo mõ repulsio exceptionis peremptoriæ erit interlocutoria, quia est eadem rõ, cum non diffiniat principale negotium. & istud declarat glos. in l. si quis negotia aliena, j. ff. de neg. gest. Hinc dicimus, ꝙ argm̃ a ɔ̃rio sensu locum nõ habet, qñ in vtroq; ɔ̃rio militat eadẽ rõ, secũdum gl. in l. cum p̃tor, in prin. ff. de iud. & in cle. j. de rescri.
5 Ex istis infertur alia † conclusio, quòd vbi in ɔ̃rijs nõ est ɔ̃ria, vel eadem rõ, sed diuersa, tunc ɔ̃riorum eadem non est dispõ directo nec per ɔ̃rium, sed est diuersa dispositio, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de ver. obl. l. in fundo, ff. de rei ven. inducendo vt ibi per Bar. Et bene facit quod dicit gloss. in l. 2. ff. de acq. hær. quæ vult, ꝙ adiens hereditatem pro parte cẽseatur adire in totum, & tñ repudians partem non censet repudiare totũ. Istud est, q̃a in vtroq; ɔ̃rio militat diuersa rõ: nam aditio est habitus, qui recipit incrementum necessarium, repudiatio vero est priuatio, cui nihil accedere põt, vt ait ibi Bar. Præmissa † regula inducitur ad varias qõ
7 nes. Primò ad statutum excludẽs sororẽ a successione fratris, an ẽt frater censeatur exclusus ab hr̃ditate sororis. Bal. in l. lege 12. C. de legi. hær. in fi. rñdet ꝙ non, quod facit ɔ̃ istam reg. ſm Docto. hic *communiter*, & ĩ d. §. sacrã. sed aduerte, quia ista non sunt ɔ̃ria, sed potius correlatiua, & ideo cũ deposita in vno ex correlatiuis intelligantur disposita in altero, l. fi. C. de indi. vidui. tol. l. j. C. de cupre. lib. 11. ista decis. non vr̃ vera, & ɔ̃rium tenent Mod. Senen. hic, maxime quia ius succedẽdi debet esse reciprocũ. §. filium, in Auct. qui. mo. nat. eff. sui. coll. 7. & l. cõmuniũ, C. de na. lib. Et pro ista opi. Senẽ. facit qđ consuluit Cur. Senior ɔsi. 11. Statuto Parmensi. vbi decidit, ꝙ statutũ prohibẽs maritũ relinquere vxori vltra cẽtum libras, censetur etiam ꝓhibere vxorẽ plus relinquere marito. Et ista opi. magis placet, nisi statutũ excludat sororem

rorē a successione frīs fauore agnatorū, quia tunc cessat rō corre latiuorū in altero correllatiuo, & ꝯnter non habet locum regula correllatiuorū, l. curatorē, cū glo. C. de interd. mat. c. j. de loca. tra-
8 dit Bar. in l. an inutilis, ff. de accep. Secundo infertur † ad statutum disponens, ꝙ testam̄ possit probari per duas testes, vt intelligatur ēt disponere, ꝙ reuocatio testī possit probari per duos testes, ꝑꝑ regulam ꝯrium, ſm Alex. & Mod. hic, & in d. §. sacrā. Sed aduerte quia minus ad propositum adducitur regula ꝯriorū ad hanc qō. quia ꝯfectio testī, & reuocatio testī, non sunt ꝯria respectu actus agēdi, de quo quærit̄, quia eodē tpe sil̄ cōcurrere nō pn̄t, licèt essentialiter sint ꝯria sicut mors & vita: decisio tn̄ in se vera est. confirmat gl. in l. cū proponeretur, aliàs ꝑponebat̄, ff. de leg. 2. q̄ glo. multum ornat Ale. hic, & d. Ias. in l. fi. col. 4. vbi dubitat. C. de bo. pos. ſm tab. & d. Alex. consi. 115. col. 2. lib. 2. facit tex. in l. hæredes
9 palam, & quod ibi Bar. ff. de testa. Nam ea † solennitas, q̄ requirit̄ in cōfectione actus, est ēt necessaria in dissolutione ſm gl. in l. ab emptione, ff. de pac. vbi Mod. Silr̄ statutum, quod nō valet absq; confirmatione superioris, non poterit etiam reuocari sine licentia superiotis, ſm Fely. in c. cum accessissent, col. j. de cōsti. Et si caplm̄ non pōt instituere procuratorem sine consensu prælati, non etiā poterit reuocare procuratorem vt per Fely. in c. edoceri, col.
10 5. de rescr. Et si † mulier non pōt ꝯhere sine ꝯsensu propinquorū, non ēt poterit distrahere, ſm Bar. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pac. declarando vt per Ro. consi. 194. facit tex. in reg. oīs, de
11 reg. iur. in antiq. Tertio infertur † ad statutum disponens, ꝙ acquisita per frēs sint cōia, vt intelligat̄ disponere ꝙ ēt debita sint cōia, quia. hoc dictat natura ꝯriorū. hoc ēt suadet reg. ſm naturam, ff. de reg. iu. & tex. in l. vnica, §. pro scđo, C. de ca. tol. l. manifestissimi §. sed cū in scđam, C. de fur. & facit ꝯsiliū Bald. 97. quidā Ioannes, li. j. Nec ob. si dicatur, ꝙ hoc mō vnus frater poterit alterū depauperare: quia possumus rn̄dere, ꝙ cum possit ēt ditare, non est habenda consideratio ꝙ possit depauperare, l. fideicommisso, C. de transf. Præterea consultum est fratri, si videat fratrem male vti sua
12 substantia, ꝙ petat diuisionem. Quarto infertur, ꝙ prohibita † cōdēnatione, censeatur prohibita absolutio. confirmat Are. hic ꝯ glo. in cle. j. de hęre. Iste est articulus disputabilis, qui cadit ꝓprie in l. 3. ꝗ. de re iud. ibi reseruo dicendum. de quo videas Fel. in c. nō pōt, col. 2. de re iud. Contra hanc reg. ꝯriorum obst. tex. in c. fi. de verb. sig. vbi concessa facultate minuendi numerum canonicorū non censet̄ cōcessa facultas augendi. Quidam rn̄det, ꝙ ille tex. loquitur in mandato, quod est stricte interpretandū, c. cui de nō sacerdotali, de p̄ben. in 6. fuit rn̄sio Pan. in d. c. fi. sed nō placet, quia reg. ꝯriorum procedit ēt in mā̄ stricte interpretanda, vt patet ex p̄ dictis, vt firmant Are. & Socy. hic. vnde rn̄de alr̄, ꝙ ibi non habet locum regula ꝯriorum, quia in altero ꝯrio non militat ꝯria rō necessaria: nā diminutio numeri canonicorū ꝑꝑ diminutos redditus ecclesiæ cōcedit̄ ea rōne, ne canonici in opprobriū ecclesiæ cogantur mendicare, si non hēant vn̄ viuant, c. Eps̄, & c. cum ſm, de p̄b. sed in ꝯrio nō est necessaria ratio ꝯria, s. ꝙ augmentatis redditibus debeat augeri numerus canonicorum, cū possint superexcrescentes redditus conueniri in aliam vtilitatem ecclīæ, vt dr̄ in d. c. fi. Vltimo ꝯ hanc reg. ob. tex. in l. si iurauero, ff. de iure patr. iuncta l. eum qui, §. si libertus, ff. de iureiu. Glo. in d. l. si iurauero, rn̄det spāle esse fauore libertatis. quod si verum est, idem dicendū esset fauore piæ causæ, quia de libertate ad piam causam bonum est arg. ſm Bar. in l. proxime, §. nomen, ff. de his quæ in testa. delē. Sed tu rn̄de, ꝙ ibi in ꝯrio non est contraria ratio, vt delarat Bart. assignando rationem diuersitatis, & do. Ias. in d. §. si libertus.

SVMMARIVM.

1 Possessio vnde dicatur. & nu. 17. latius.
Possessio cur potius denominetur a pedibus, quàm ab alia corporis parte, & cur potius a corpore, quàm ab animo. remissiue.
2 Dominia rerum sola apprehensione olim acquirebantur, hodie autem requiritur titulus, & cur iuregentium res fierent occupantis. vide nu. 3
4 Capta in bello an statim efficiantur capientium, & quomodo intelligatur verbum, statim, quod limita & declara nu. 6. & 7.
5 Recuperans bona capta in bello, an teneatur illa restituere primo domino.
8 Insulæ in mari natæ dominium occupanti conceditur.
Veneti cur non tenentur recognoscere Imperatorem.
9 Lapilli, gemmæ, & margaritæ differunt.
10 Meretrix accusata, ꝙ meretricem lapillo percussit, an debeat condemnari, cum dictio, lapillus, habeat tam varia significata.
11 Libellus alternatiuus admittitur, quando concludit in quacunque parte alterenatiui intentionem libellantis.
12 Statutum prohibens, ꝙ mulieres non portent gemmas, non intelligitur prohibere ne portent lapillos & margaritas.
13 Lapilli, gemmæ, & margaritæ inuenti in littore conceduntur occupanti, & quid si alibi inueniantur quàm in littore maris.
14 Erema an concedantur primi occupanti, & an presumantur habita pro derelictis. nume. 15
16 Dominus territorij an præsumatur dominus eremorum illius territorij.
18 Etymologia, descriptio, allusio, deriuato, & compositio, an sint sinonyma, & de horum verborum significatione.
19 Argumenrum ab etymologia vocab[illegible] [illegible]e.
20 Diffinitio & etymologia in quibus inter se differant.
21 Argumentum ab etymologia affirmatiue est valitum, si etymologia reperiatur euacuare etymologiatum specialiter.
22 Argumentum ab allusione vocabuli non valet affirmatiue, nec negatiue, nisi ad verificandum ipsam allusionem.
23 Communis vsus loquendi præualet etymologiæ, ideo non valet arg. ab etymologia, quando communis vsus loquendi illi repugnat.
24 Res mobiles an proprie possideantur.
25 Possessiones suas, vel rerum suarū si quis alicui legauerit, an censeatur etiā legasse res mobiles.
26 Possessionis diffinitio quæ sit.
27 Possessio quotuplex sit. latissime.
28 Genus apud Legistas idem est, quod species apud Dialecticos.
29 Possessio ciuilis quid sit late, & quid naturalis. nu. 33.
30 Possessio naturalis quos effectus pariat.
31 Dominium directum rerum mobilium acquiritur per vsucapionem, vtile vero per præscriptionem rerum mobilium. de veritate tamen remissiue.
31 Dominium acquisitum per præscriptionem est verum dominium, quando contrariatur directo: dominium vero emphyeutæ & vasalli nequaquam.
34 Vsufructuarius an solum habeat naturalem possessionem, an vero etiam ciuilem quasi possessionem iuris vtendi, & an naturalis vsufructuarij causet effectum præscriptionis iuris vtendi, & acquisitionis fructuum.
35 Possessio corporalis quid sit.
36 Possessio ciuilissima quæ dicatur.
37 Possessio, quam habet hæres virtute statuti disponentis, ꝙ posses. defuncti continuetur in heredem, dicitur ciuilissima, & non causat interdictum recupedæ. quod qualiter procedat ibi traditur.
38 Quasi posses. ciuilis & naturalis, an sit dabilis in iuribus incorporalibus, sicut in rebus corporalibus.
Quasi possessio quid sit.
39 Seruitutes prædiales an possideantur ciuiliter, & naturaliter. latissime, & de præscriptione illarum.
40 Libellus & sn̄ia in actione confessoria & negatoria formantur noīe prædij.
41 Posses. naturalis an retineatur in iuribus incorporalibus per actum naturalem absque alicuius animo, & an talis posses. naturalis sufficiat ad præscribendum. nu. 42.
43 Seruitutis ius an possideatur a fundo. & sic an fundus ipse præscribat seruitutem.
44 Detentatio an sit iuris vel facti.
45 Possessio quo iure introducta sit. late nu. 47.
46 Ius gentium est duplex. de veritate tamen ibi.
48 Detentatio quam habet missus in posses. ex primo decreto, at sit de iu. ciui.
49 Dominium an acquiratur sine possessione in his, quæ in nullins bonis sunt.
50 Dominium an perdatur amissa pos. rerum, quæ prius in nullius bonis erant.
51 Posses. solo aspectu acquiritur, intellige & declara tripliciter.
52 Res non dicitur inuenta solo aspectu, ex quo infertur vt ibi.
53 Statutum disponens, ꝙ inuentus cum armis de nocte puniatur tali pena, an debeat intelligi de apprehenso, & non de conuicto testibus.
54 Inuenta res propriè dicitur solo aspectu.
55 Statutum dans præmiū inuenienti delinquentē, debet intelligi si apprehēdat.
56 Gemmæ, & lapilli, an dicantur inuenta statim ꝙ sunt visa, & sic an acquirātur primo videnti, non primo apprehendenti.
57 Possessio an, & quando transferatur per traditionem clauium. 58. & 59. vbi vide quæ requiratur, vt per traditionem clauium acquiratur posses.
60 Executor an posit solo aspectu transferre tenutam vel possessionem, & traditur nu. 63 & 65. vbi etiam beneficij possessionem tempore pestis potest quis solo visu apprehendere.
61 Sequestratione fructuum a partibus verè consentientibus transfertur possessio in sequestrum.
62 Poss. beneficij transfertur per inuestiturā factam in re presenti. & quæ sit rō.
64 Possessio ab alio occupata nunquam trasfertur per actus fictos.
66 Possessio per aspectum, an possit transferri a tutore & curatore non habentibus speciale mandatum, quod limita ut in nu. 67.
67 Tutor, curator, prælatus, & similes, non possunt per constitutum transferre possessionem.
69 Bellum quod dicatur illicitnm, & quod licitum.
70 Possessio qualiter perdatur.
71 Possessio naturalis iuncta cum ciuili amittitur in continenti, quod res possessa desinit esse in conspectu.
72 Possessio naturalis rei, quæ est in conspectu, vel proxima conspectui, non admittitur per egressum de fundo.
73 Possessio naturalis amissa per absentiam, recuperatur statim quòd res est in conspectu, vel proxima conspectui.
74 Possessio naturalis, quæ retinetur per alium, non perditur etiam quod ille ꝯ sinat insistere. intellige ut ibi.
75 Possessio naturalis, quæ sola est in vsufructuario & similes, non perditur per absentiam a re.
76 Poss. naturalis iuncta cū ciuili cur perdatur ꝑ discessū, & non sola naturalis.
77 Possessio ciuilis indistincte retinetur animo. fallit vt ibi.

POssessio. Sequitur l. j. quę diuiditur in tres partes. In prima ponit̄ etymologia possessionis. In secunda, quæ est ibi, dominiumque ponitur effectus possessionis, qui erat olim. In tertia effectus, qui est hodie. Rectius dixisset Barto. qui remansit hodie.

sumatur per Bar. sed vr̄ imperfectum summarium, quia capta in
bello erant in bonis hostium, de quib. in summario nulla fit men
1 tio. No. primo, ꝙ possessio dicta est a pedibus, alii dicunt sedibus
de quo dicam in gl. Sed retēta communi, ꝙ dicatur a pedibus, quo-
tidie nascuntur difficultates. Prima, quare magis de nominetur a
pedibus, quam ab alia parte corporis. Secunda, quare magis de-
nominetur a corpore quam ab animo, cum animus sit dignior,
& ita necessarius ad acquirendam possessionem sicut corpus, l. 3.
in prin. & l. quemadmodum, j̃. eo. d. Ias. & alii late insistunt, tu di
cas, vt late dixi in rub. extra de causa pos. & ꝓprie. vbi nouiter assi
2 gnaui plures rationes. Secundò no. ꝙ † de iuregentium dominia
rerum sola apprehensione acquirebantur, hodie vero requiritur
titulus, l. nunquam. s̃. tit. j. Nisi in casibus, de quib. in tex. & de qb.
j̃. Sed quæ nam fuit rō iurisgentiū, ꝙ res fierent occupātis? Mod.
Senen. rñdēt, quia eo iure bona erāt in nullius bonis, merito oc-
cupanti cōcedebantur, §. quod enim. Insti. de re diui. Sed tu consi
dera, ꝙ iuregentium bona desierunt esse cōia: nam eo iure distin-
3 cta fuere dñia, l. ex hoc iure, ff. de iust. & iu. Ratio † autē quare de-
sierūt esse communia, esse potuit, ne dñia rerū essent in incerto.
ar. l. j. j̃. de vsucap. nam cum liceret cuilibet de iuregentium vti re
bus tanq̃ communibus, incertū videbatur cuius essent. Et si quę
ras, quæ fuit ratio rōnis, rñdet S. Tho. 2. 2. q. 66. artic. 2. ꝙ ratio fuit
triplex. Primo, ne bona rōne cōionis negligerentur, l. 2. C. qñ &
quib, quarta pars debe. lib. 11. Secundo, vt euitaretur cōfusio. nā
ordinatæ res tractantur, si singulis tanquam propriæ gubernādę
tradantur, c. j. & 2. 89. dist. Tertio fuit, vt euitarentur rixæ & discor
diæ, quę ex cōione nascuntur, l. si non sortem, §. si centū. ff. de ꝯd.
4 inde. & ista rō assignatur Gen. 13. Tertio † no. ꝙ capta in bello sta-
tim efficiuntur capientium. concor. tex. in l. naturaliter. §. fi. s̃. titu.
proxi. & in §. item ea, quę ab hostib. Instit. de re. diui. & vide Ang.
in §. si ab hostibus. Insti. quib. mod. ius pat. po. sol. Sed quæritur,
qūo hoc loco intelligatur verbum, statim. vr̄ dicendum intra tri-
duum, arg. gl. in l. 3. §. eum igitur qui, j̃. de vi, & vi ar. vel statim, i.
postq̃, is a quo fuerūt capta, diuertit ad extraneos actus, & sic post
quam desinit possidere, suspicando non posse recuperare, l. clam
possidere, §. qui ad nundinas, j̃. e. Sed. gl. & ibi Ang. & Sal. in l. ab
hostib. 2. C. de postli. reuer. intelligūt verbum, statim, postquam
bona capta, fuerunt reducta intra præsidia, sequitur Ang. in disp.
sua exordiēte, Renouata guerra, col. 5. vbi all. tex. ī l. postliminiū,
§. postliminio, infra de cap. ibi, quia tutus intra præsidia esse inci-
piat. Ego adduco meliorem tex. in l. postliminii, in prin. ibi, & in-
tra præsidia perduxerint. & ibi, si ad amicos nostros perueniat,
vel ad præsidia nostra esse cęperit, eo. tit. Milites tñ nostri, dicunt
sua esse bona capta, si apud se pernoctauerint. Et ista faciunt ad
5 quæstionem, an † si aliquis recuperauerit capta, teneatur illa resti-
tuere primo dño. istam qō. format Io. And. in addi. Spec. tit. de ra-
pt. super rub. & respondet restituēda esse primo domino, per tex.
expressū dic. l. ab hostib. C. de postli. reuer. vbi dr̄, serui virtute mi
litum liberati dominis suis reddātur. ad idem tex. in l. si captiuus,
§. expulsis. hostib. ff. eo. vbi dr̄, ꝙ exulsis hostibus agri redeunt ad
priores dominos. ad idem tex. in l. Pomponius, s̃. tit. j. Subdit tñ
Ioan. And. ꝙ ista opi. de consuetudine non seruatur: pro qua con-
suetudine facit, quia diligentia & probitas recuperantis capta, de-
bet prodesse sibi, & non domino negligenti, l. j. C. de allu. & pa-
lu. Secundo, quia si recuperās perdidisset arma. & equos, vel fuis-
set vulneratus, nolent priores dñi damna refundere, ergo non ēt
debent recuperata consequi propter regulam contrariorum. nō
enim dicunt petere id, cuius contrarium non essent soluturi, l. pe.
C. de solu. Quid tenendum? Quidam distingunt, an capta fuerūt
reducta intra præsidia, aut non. Primo casu procedat consuetudo
quia reducta intra præsidia iam erant effecta capientium. Secun-
do casu procedat opi. Io. And. quia nondum reducta intra præsi-
dia, nō possunt dici exiuisse dominium priorum dominium. Ego
aliter distinguerem. aut recuperantur a militibus stipendiatis, &
tunc ipsi milites tenebuntur recuperata restituere prioribus do-
minis, quia ipsi non possunt allegare propriam diligentiam in
damnum illorum, quos tenentur defendere, d. l. ab hostib. aut re-
cuperantur a non stipendiatis, & tunc procedat præcedens di-
stinctio, an essent reducta intra præsidia vel ne. & pro ista cōcor-
dia facit quod ait Bar. in l. si quis in graui, §. vtrum, ff. ad Senatus-
Syl. Hinc est, ꝙ bona immobilia indistincte redeunt ad priores
6 dominos expulsis hostibus, d. §. expulsis. quia † immobilia in bel-
lo occupata debent esse Principis, & non occupantium, d. §. ex-
pulsis. & firmat glo. in l. Diuus, j̃. de iure fis. recuperata ergo resti-
tuenda sunt per principem subditis suis prioribus dominis, quia
eos princeps tenebatur defendere, l. j. C. de his, qui latro. occul. l.
j. §. fi. C. de fal. mo. declarat Bar. in l. ne quid, j̃. de incen. ruin. nau.
In hac tamen distinctione non comprehenduntur arma & equi
militum: nam talia recuperata non restituuntur militib. a quibus
fuerunt capta, quia dicuntur turpiter perdidisse. l. 2. ff. de capt. Ha
bes igitur, ꝙ capta in bello efficiuntur capientium cum limitatio-
ne, nisi sint immobilia, quę acquirunt Principi, qui bellū indixit.
Secundo, intellige, si capiuntur in bello iusto, secus si in bello il-
licito, de quo dicam in glo. Tertio intellige si capiantur in bello
a manibus hostium, secus si capiantur in alio territorio, in quo
hostes bona reposuerunt, secundum Ang. in d. dispu. col. 6. & So
cy. hic. & bene facit iste tex. in verb. in bello, secus ergo extra bel-
7 lum. Vltimo intellige, ꝙ sint capientium, i. merentium: & ideo
omnia spolia consignanda sunt duci belli, qui secundum merita
militum distributionem faciet, l. pen. & ibi Bald. C. de dona. cap.
ius militare, j. dist. glo. in c. dicat aliquis, 23. q. 5. tractatur per Bart.
8 in l. si quid in bello, j̃. de capt. & postli. reuer. Quarto no. ꝙ † domi
nium insulæ in mari natæ, ante etiam hodie, cōceditur occupāti,
quod facit pro Venetis, vt non teneantur cognoscere Imperato
rem pro ciuitate Venetiarum, quæ in mari sita est. quod firmat
Saly. in l. 3. C. de nau. fę. & Cœpo. in tract. seruitutum rusti. in tit.
9 de mari. & dixi late in l. si insulam, j̃. de verbo. obligatio. † Quin-
to no. ꝙ lapilli, gemmæ, & margaritæ, inter se differunt, & diffe-
rentia traditur in l. si non sint, §. perueniamus, ff. de auro & argen.
leg. Lapillus etiam significat paruum lapidem ad numerandum,
vt per glo. in l. j. C. de er. cal. quod Alex. hic post Rayn. in d. §. per-
10 ueniamus, inducit ad quæstio. † Meretrix accusatur, ꝙ meretricē
lapillo percusserit, probantur cōtenta in accusatione vera esse; q̄-
ritur, an meretrix percutiens sit condemnanda? respondet Alex.
ꝙ non, quia accusatio est ambigua propter varietatem significa-
tionis huius verbi, lapilli, & comprobat Alexan. per decisionem
Bar. in l. si vxor, §. si quis vxorem, j̃. de adul. facit quod dicit Alex.
consi. 203. Super themate, lib. 2. vbi excusat mulierem accusatā
de veneno, quia est etiam reperire bonum venenum, l. qui vene-
num, ff. de verbo. sign. & idem consuluit Alex. consi. 116. In cau-
sa inquisitionis, lib. 3. Sed in puncto huius q. ꝯrium dicendum vr̄
quia in quacunq; parte capiatur significatio huius verbi, lapilli,
11 semper cōcludit accusatio. ergo non potest dici ambigua, † sicut
toleratur libellus alternatiuus, quando concludit in quacunq;
parte alternatiue intentionem libellantis. c. ex parte. & ibi Pan. in
3. no, de fo. compe. Nec ob. s̃. dicta de veneno, quia reprehendun
tur communiter, vt per d. Ias. in l. non hoc, col. 3. C. vnde leg. & per
Fel. in c. in præsentia, col. 7. de proba. Posset saluari decisio Ray.
& d. Alex. si statutum imponeret diuersam pęnam percutiēti cū
lapillo non pretioso: nam si non constaret quo lapillo facta esset
percussio, non posset iudex imponere pęnam statuti. per no. per
Bal. in l. denunciasse, §. qui tamē, in fi. de adul. & per Bal. post Cy.
12 in l. 2. C. de proba. Infertur etiam ex isto notabili ad statutū † pro-
hibens, ne mulieres portēt gemmas, vt non intelligatur prohibe
re, ꝙ non portent lapillos & margaritas, & istud clarum est, quia
13 sunt diuersa, inspicięda tñ esset rō statuti. Sexto no. † ꝙ lapilli, gē-
mæ, & margaritæ, inuenti in littore maris, etiam hodie cōcedun-
tur occupāti. concordat tex. in §. item lapilli, Insti. de re. diui. Sed
stabat dubitatio, an idem sit, si inueniantur alibi quam in litore
maris. Mod. Sen. rñdent, ꝙ si appareat ex qualitate loci, ꝙ aliquā-
do fuerunt in bonis alicuius, non conceduntur occupanti, quia
quod tuum non est, scire debes ad alium pertine, l. fi. C. vnde vi.
Tu dicas, ꝙ occupās tenetur furti, etiam si ignoret cuius sit, l. fal-
sus, §. qui alienū, ff. de Fur. Sed pone, ꝙ inueniatur in aliquo mō-
te, vel loco, vbi verosimiliter nasci potuerunt, sicut in littore ma-
ris: videretur, ꝙ dimidium sit inuētoris, & reliquum dñi illius lo-
ci, in quo fuerūt inuenti, vt dr̄ de thesauro in l. nunq̃, §. thesaurus.
s̃. tit. j. & in §. thesauros, Insti. de rer. diuisio. Contrarium, ꝙ nihil,
ad inuentorem spectet, facit, quia si nascant̄, dicuntur fructus fun
di, qui fructus spectant ad dominum, l. diuortio, §. si vir in fundo,
ff. sol. mat. & pro ista opi. facit tex. noster qui se restrinxit ad gem-
mas inuentas in litore maris, quod litus est in bonis cōmunibus
sicut mare, §. j. Insti. de rerum diuisi. Iuxta præmissa dubitatur de
14 quæstione, quæ frequenter cōtingit in partibus istis. † An erema
concedantur primo occupanti? Aret. hic respondet, ꝙ si non ap-
parent signa culturæ, præsumuntur in nullius bonis, & cōsequē-
ter occupanti conceduntur: mouetur aucto. Bar. in l. rem quæ no
bis, j̃. e. vbi a ꝯrio sensu istud velle vr̄. Idem sensit Bar. in l. si duo,
in fi. prin. ff. vti possi. & Bal. in rub. de præscr. versi. extra quęro. &
Antibolus Prouin. in tract. munerum, in quæstione, vtrum duo
domini possint diuidere territorium. Contrariam sententiam te.
net, & ita consuluit Aret. cons. 15. Reueren. domine. contrariam
sententiam tenet Pau. & Socy. hic. & idem Soc. cons. 127. visis ca
pitulis, li. j. concludentes, ꝙ erema præsumantur esse in dominio
illius qui est dominus territorii, habita p̃sumptione a prima do-
miniorū distinctione de qua in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iu. Sed
considera, ꝙ talis præsumptio necessario nō concludit, quia post
primam diuisionem dominiorum res sterilis, & erema potuerūt
haberi pro derelictis, quo casu occupanti conceduntur, l. j. j̃. pro
16 dereli. Vnde videtur ꝙ punctus consistat in hoc † an erema & in
culta pręsumantur habita pro derelictis, & in istis terminis loqui
tur Bar. in locis præalleg. sed nos habemus casum in l. qui agros,
& l. locorum, C. de omni ag. deser. libr. 11. vbi auditur domnius
Quia creditores missi in possessionem bonorum debitoris, sunt aliquando discordes in licitatione, aut abiectione, ideo subijcitur hæc Rubric.de priuileg. credito. qua quæritur, quis creditorum sit præferendus.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores concurrere possunt in licitatione prædij debitoris.*
2 *Creditor cognatus præfertur alijs creditoribus in licitatione bonorum debitoris.*
Patronis discordantibus in præsentando præfertur præsentatus a patronis coniunctis fundatori.
Executoribus testamenti discordantibus præfertur sententia volentium erogare bona in pauperes consanguineos testatoris.
3 *Executor testamentarius nō prohibetur facere erogationem in pauperes proprios consanguineos,imò & in spurium,modo sit euidens paupertas.*
4 *Prælati possunt de redditibus ecclesiæ subuenire eorum consanguineis pauperibus,& eorum pauperes sorores dotare.*
5 *Prælati possunt in collationibus beneficiorum præferre eorum consanguineos æquè benemeritos extraneis.*
6 *Emphyteusi ecclesiastica finita per tertiam generationem cognati tertij gradus in renouatione,præferri debent extraneis: & si denegetur renouatio, appellare poterunt de veritate ibidem, idem in feudis.num.7.*
8 *Emphyteusi per tertiam generationem finita,vt cognati renouationem petentes cæteris præferātur,requiritur vt sint hæredes illius,in cuius persona est finita,declara vt ibi.*
Feudum qualiter noscatur esse hæreditarium vel non,ibidem.
9 *Emphyteusi per tertiam generationem finita,cognati petentes renouationem non audiuntur domino volente emphiteusim retinere pro se.de veritate ibi.*
10 *Dispositio quælibet ita interpretanda est, ne reddatur elusoria.*
Fraus de tempore ad tempus non est tolerabilis.
11 *Emphyteusis renouatio peti debet a cognatis intra annum,aliàs post non audiuntur.de veritate ibi.*
12 *Emphyteusi aut feudo finitis culpa emphyteutæ vel fellonia feudatarii,non per generationem,cognati petentes renouationem non audiuntur.*
13 *Emphiteusis renouationē petentēs ita demum extraneis præferuntur, si ibidem precium offerant,& eisdem pactis accipiant,quibus extraneus, alias secus.*
14 *Cognati petentes renouationem emphyteusis, an debeant præferri extraneis pro solita pensione, si fundus sterilis fuerit cultura & impensis cognatorum defunctorum factus fertilis,concluditur quòd sic num. 16.*
15 *Emphyteuticæ rei æstimatio consideranda est secundum tempus, quo data fuit in emphyteusim, ideo emphiteutica re fertiliori effecta non potest dominus pensionem augere.*
17 *Creditor,cui plus debetur,præfertur vbi agitur de commodo pecuniario.*
Dignior præfertur,vbi agitur de fide vel honore.
18 *Debitoribus sub vsuris debentibus vtilius est bona vendere,vt fœneratori satisfiat,quàm vsuris se corrodere.*
19 *Agnato proximiore volente rem proximioris alienatam redimere intra annum vigore statuti aut consuetudinis, domino vero directo iure prælationis retinere contendente,quis eorum præferatur.*
20 *Venditor volens rem per se alienatam reuocare, an sit præferendus agnato proximiori, cui consuetudo vel statutum retractum concessit.*
Emphyteuta non potest redimere rem emphyteuticam in præiudicium domini, cui fuit acquisitum ius prælationis vel commissi.
21 *Creditor agnatus offerens in licitatione iustum prætiū, vel volēs rē distractā iusto pretio retrahere, an præferatur alii offerenti pretium excessiuum.*

CVm bona. Ista lex est singularis,secundū Dy.& Alb.sed Ang.dicit,ꝙ hēt ꝯsociā ī l. Imperator Antoninus,ſm vnum intellectum,ff. de pac.Diuiditur in duas ptes.In prima factum,ex quo resultat quæstio. In secunda ibi, potior, ponitur decisio. habet tres intellec. Duo recitantur in glo.tertius fuit Iac.de Are.quē seq.Alb.Bar. & Ang.ſm quē ita summat̄. In licitatione p̄dij debitoris data paritate præfert̄ cognatus creditor debitoris,aliàs is cui maior pecuniæ quantitas debetur. No.primo
1 ſm tertium intellectum, ꝙ in licitatione † concurrere pn̄t etiam creditores.Ad idem tex.in l.2.C.si in causa iud.pig.ca.sit.Et istud remedium cōcurrendi in licitatione vtilius est creditoribus, q̄ remedium adiectionis,vt traditur per Bar. post glo.in l.a diuo Pio,
2 §.si pignora,s̄.de re iud.& per Bal.in d.l.2. †No.secundo,ꝙ in licitatione,cæteris paribus p̄ferri debet creditor cognatus debitoris.ad idem text.in d.l.Imperator. Et ibi infert Bald.quod data discordia patronorum, ep̄s dēt instituere p̄sentatū a patronis ꝯiunctis fundatori. Sic data discordia executorū potior erit sententia illorum, q̄ volunt erogare bona in pauperes ꝯsanguineos testōris,in quibus concurrit duplex pietas,vna carnalis,l.alūnæ,§.fi.ff. de adim.lega.altera spūalis,quia pauperes.imò præferri debet vo
3 tum† executorum,qui volunt erogare bona in pauperes consanguineos ipsorum, nam executor non prohibetur facere erogationem in proprios cōsanguineos,secundū Ang.& Imo.in l.illa instō,ff.de hær.inst.etiā in filium suum spurium, ſm Imo.in l.captatorias,co.ti.Et firmat Alex.per plura in l.diuus,ff. ad leg.Falc. dummodo sit euidens paupertas,secūdum Bal.in l.id quod pauperibus,colum.pe.& fi.C.de epis.& cle.&Pe.de Anch.ꝯs.397.in
4 themate.†nec ēt damnātur p̄lati,qui de redditibus eccl̄iæ subueniunt suis consanguineis indigentibus, c.omnia,cum gl.91.dist. c.j.de cohabit.cle.& mul.Imo merentur, qui de prouentibus ecclesiasticis dotant suas pauperes sorores, secundum Pan. in c.peruenit,de arbit. Et bene probatur in c. est ꝓbanda,& in c.nō satis
5 86.dist. Ex istis iustificatur†intentio p̄latorum,qui in collationibus beneficiorum suos ꝯsanguineos p̄ponunt extraneis. intelligas si consanguinei sint æquè bn̄meriti, secus si sola carnali affectione moueantur prælati ad p̄ferendum consanguineos,c.graue, de p̄b.tradit Pan.in c.fi.de insti. Et ex hoc no.infert hic Bar.ꝙ
6 †finita emphy. ecclesiastica per tertiam generationem, iuxta tex. in §. emphyteusis, in Auth.de nō ali.cognati. existentes in tertio gradu petentes renouationem inuestituræ, debent p̄ferri omnibus extraneis. Et si denegetur. poterunt a denegatione appellare,arg.l.pe.§.permittitur,j̄.de aqua quoti.& æsti.& ibi Bar.idem tenet per tex.cum gl.fi.in c.bonæ,2.&ibi sequitur Pan.de postu. p̄lat.idem tenet Bar. in l.si mihi & titio, in fi.prin.j̄. de ver.obl.& sic *communiter* Doc.vt ibi testatur d.Alex.& ita cō suluerunt Lud. Ro.consi.22.Propositæ.Imo.consi.38.In casu.& latius consi.68. & Pet.de Anch.consi.170.casus talis est.& consi.174. D.Blasius. & Alex.consi.80.viso,lib.j.& consi.9. visis,col.5.lib.5. Cur.consi. 48.Super controuersia.vbi dicit,quod tota fere iurisperitia sentit cum Bar.& quod ita in practica seruatur.sequitur Barb.consi.18. col.3.lib.2.Pro quo etiā adducitur text.in l. congruit, C.de loca. præd.fisc.lib.11.Contrariam opi.tenet Io. de Imo.& Are.in d.l. si mihi & Titio,per tex. in c. ex parte,in ver.liberè, extra de feu. vbi dicitur, ꝙ si per mortem vasalli feudum fuerit reuersum ad ecclesiam,pręlatus libere pōt illud concedere,cui vult.si libere,ergo remota contradictione cognatorū, alias nō posset libere ſm gl.in cle. dudum,de sepul.in ver. liberè. & Pan.in cap.de mulcta, per illum tex.de præb.Et ꝯ Bar.consuluit Lud.Ro. cōsi.70. visis, & Raph.Fulg.cōsi.222.Nobiles quidā.Et pro ista sn̄ia facit,quia si non valet pactum, ꝙ finita tertia gn̄atione ecclesia teneatur renouare emphyte. vt est tex.sing.in §.neque illud,& ibi no.Ang. in Auth.de nō alie.multo minus cessante pacto dēt pręlatus posse cogi renouare.facit,quia finita emphyteusi si dn̄s nolit cognatum reinuestire,vtitur iure suo, ergo nō dicitur eidem iniuriā facere,l.iniuriarum,§.j.ff.de iniu.Nō ob.tex.in d.§.permtttitur, q̄a ibi verbum,iniuria,ponitur large pro quadā offensa non punibili,quæ non producit ius dedncibile in iudicium,vt declarat Bar. in l.licitatio,§.quod illicite,ff.de publ.vel aliter respondet̄, quod ibi concessa fuit facultas aquæ ducēdæ, tū pp p̄sonā impetrātis, tū pp vtilitatem p̄dij, q̄ vtilitas nō cessat mortuo impetrāte,merito fit iniuria successori.Item ibi nō agr̄ de aliquo dāno ꝯcedentis,prout agi pōt in casu nr̄o,si velit dn̄s ꝓ se retinere.Nō ob.tex. in d.l.congruit, q̄a est spāle in cōductore rerū fiscaliū, q̄a primus conductor potest inuitus retineri,l.cotē ferro,§.fi.s̄.de pub. ergo debet præferri.Nam qui in vno grauatur, in alio debet releuari, l.eum qui,ff.de iureiu. Secus autem in alijs conductoribus,l.necui,C.loc.Quid tenendum? Dec. consi.131.reuocatur in dubiū,
7 amplectitur cōem sn̄iam ēt † in feudis, quæ mihi ēt placet, quia æquissimum est,ꝙ cognatis in rebus, quę aliqn̄ fuerunt suorum antecessorum,præferri debeant, per tex.in l.si in emptionē, ff. de min.& per tex.in l.fi.§.finaūt in tempore, C.de iur.do.impe.& ꝑ id,quod dicit Bart.in l.j.C.de metal.lib.11. Non ob.tex.in d.l.ne cui, q̄a loqtur in simplici colono, qui nunq̄ habuit ius in re,non in cognato,cuius authores habuerūt ius vtile dominij. Non ob. tex.in d.c.ex parte,in ver.liberè,quia ibi verbū, libere,n̄ refert̄ ad liberam potestatem generaliter, sed ad ꝯsultationem ꝓpositam. & sic ad exclusionem periurij dūtaxat.Aliter rn̄.Alex.in d.consi. 80.& Deci.in consi. 180. Ad alia cōtraria patebit solutio ex seq.
8 declarationibus. Declara igitur primò † vt procedat in cognato hęrede.Nam si non sit hęres,non habet istud ius petēdi renouationem,qđ est hæreditarium,ſm Ale.in d.l.si mihi & Titio,& in cōsi.10.pōderatis his,col.fi.li.3.& Pe.de Anch.cōsi.133.plenè & subtiliter,col.2.dicens ita intelligendam glos.in d.§.permittitur, quatenus loquitur de hærede masculo.Et licet intelligat̄ de filio, tn̄ requiritur quod sit hæres,vt docet Bar.in l.vt iusiurandi,§.si liberi, ff.de oper. lib. Tu tempera hanc fallentiam, vt procedat in feudo & emphyteusi hæreditarijs,secus in non hęreditarjs.ita declarat Dec.consi.78.Licet in casu per totum. Qualiter autem cognoscatur feudū esse hæreditariū,vel nō? traditur per Alex.in l.si patroni,ff.ad Treb. & consi.28.In causa & lite,col.pen.lib.5.De-
9 clara secundo, † vt ꝓcedat domino volente rem alteri cōcedere, secus si velit pro se retinere,ſm Pan.in d.c.bonæ,col.pe. Contrarium tenet Dec.d.consi.131. quia dn̄s sp̄ dicet velle pro se retinere, & sic elusoria erit communis opi.quod non est dicendū, quia
10 quælibet dispositio † est ita interprætanda,ne reddat̄ elusoria,l.j. §.pecunia,ff.de calū.c.si ciuitas,de sen.excō.tradit Pan. in c.quæ in ecclesiarum,col.fi. de consti. Sed tu non recedas ab hac limitatione,quæ bene probat arg.huius text.in ver.cum veneunt,& secundum terminos huius legis Bart. format qōnem:& quia falsum videtur,ꝙ communis opi.sit delusoria. Nam si dn̄s, qui dicit

cit velle pro se retinere, postea alterũ inuestiat, poterit cognatus petere rescissionem illius alienationis tanq̃ retẽtio sit fcã in fraudem. Nam fraus de tpe ad tẽpus nõ est tolerabilis, l. iii. §. i. in fi. ff.
11 de min. l. filiæ meç, ṡ. sol. mat. Tertio † declara, vt procedat cognatis petẽtibus renouationem intra annum, secus si post, fm Lud. Ro. in l. ptor ait, §. fi. ṡ. de no. oper. nunc. & in cons. 70. per text. in c. i. §. Titius filios, si de feu. fue. contro. inter do. & agn. vas. Istam limitationem damnat Alex. in d. l. si mihi & Titio. quia tex. in d. c. Titius, locum nõ hẽt, quando alineatio est facta in extraneum, tunc non excluditur proximior per lapsum anni, fm glo. Bal. & alios *communiter* ibi, & Bal. consi. 16. lib. i. Sed hæc limitatio post lapsum anni a die inuestituræ in alterum factæ mihi videt admodum rationabilis. Non ob. q̃ dispõ d. c. Titius, non procedat alienatione in alterum facta, quia verum quando ꝓximior est comprehensus in inuestitura finita, sed in casu nostro cognatus non põt dici cõprehensus in inuestitura finita, sed solũ præfertur ex quadam equitate iuris dño volente alterum inuestire, quæ æquitas cessat lapso anno a die inuestituræ alteri factæ: nam si mortuo domino feudatarius sit contumax in petenda inuestitura intra annum, cadit a iure iam quæsito, c. i. quo tempo. mil. Ergo cognatus debet perdere ius petẽdi renouationem, quia respectu ipsius cognati finita inuestitura dominus dicitur nouus dñs. Præterea tacẽs p annũ cẽsetur quodammodo cõsentire alienationi factç,
12 c. i. §. fi. si de inuest. inter domi. & vasal. lis oria. † Quarto intellige finita emphyteusi per generationem, secus si p culpam emphyteutç, vel p fælloniam feudatarii, secundũ Lud. Ro. ꝯsi. 212. quo ad primum. Spec. tit. de loc. §. nunc aliqua, ver. lxviii. Bar. in l. eum q, ff. de interd. & releg. Bal. in l. ii. C. de lib. & eo. libe. Nã si emphyteuta, & successores sui cõprehẽsi in inuestitura, pp culpam priuatur iure emphyteutico, multo magis debet priuari cognatus non comprehẽsus, arg. c. queẽadmodum, de iureiur. Quinto intel
13 lige p eodẽ † pretio, & cum eisdem pactis, quibus extranei volũt rem in emphyteusim recipere, secus si cognatus velit prçferri p solita & prima pẽsione, arg. huius legis, & d. l. congruit, & satis istud presupponit Bar. hic in vers. prçferuntur. Sed insurgit dubiõ.
14 Quid † si fundus sterilis fuerit cultura, & impensa defunctorum cognatorum factus fertilis, an hoc casu debeat prçferri p prima pẽsione? Bar. in l. quicũq; desertũ, C. de oĩ agro deser. li. xi. mouet dubitationem. dicit. n. q̃ licet emphyteusis eccl'iastica nõ trãseat ad hrdes xtraneos, fm *cõem* sñiam Doct. tñ fallit, quando fundus sterilis fuit cultura defuncti emphyteutæ effectus fertilis. subdit tamen Bar. istud non affirmo, sed Io. de Plat. istud ibi audẽter firmat. sequitur Lud. Ro. in rub. de arb. & in sing. 369. Fundus sterilis. Addit tamen, q̃ sufficiat tibi authoritas Bar. quasi dubitet de ista dubiõne. Ideo idem Lud. Ro. ꝯriũ tenuit in l. ẽt. in prin. ff. sol. ma. per tex. in c. ad aures, de reb. eccle. non alie. in ver. poterit. qđ denotat liberũ arbitriũ, fm gl. in l. sæpe audiui Cæsarẽ, ff. de offi. psi. Quid dicẽdum? Mihi videtur q̃ opi. Bar. sit æquior & rõnabilior, quia iniquissimum est, q̃ hrdes emphy. hẽant deplorare labores authorum suorũ, l. fi. C. de alluuio. nec q̃ qua facit, q̃ alius offerat meliorẽ condõnem, qa talis oblatio fit pp melioratiões.
15 † Et in cõsiderãda æstimatione inspiciẽdũ est tps, quo res fuit data in emphy. non eo tpe quo reperitur meliorata, l. iij. vbi casus, C. de præd. naui. lib. xi. quẽ no. ibi Io. de Pla. ꝯ auaros plãtos. Ad idem tex. in l. fi. C. de omni agro deser. quẽ no. ibi Bar. ꝯ insatiabiles ecclesiasticos volẽtes grauare emphteutam maiori pẽsione, quando videt rem effectam fertilẽ, ad idẽ tex. & ibi Bar. in l. ii. C. de loc. pđ. fisca. & in l. ii. C. de fund. rei priua. lib. xi. & ita cõsuluit Pau. de Cast. in colono, cuius diligentia res erat meliorata, ꝯs. 63. vr dicẽdũ, sequitur Cur. ꝯs. 48. Sup cõtrouersia. Erit ergo conclo
16 † quod hæres emphyteutæ hoc casu, quo res sterilis fuit data in emphyt. & facta fertilis impẽsa maiorum, præferẽdus est p antiqua pẽsione, non ob. q̃ maior offeratur ab alio, qđ sane intelligendum puto dño nolente meliorationes psoluere: sed si soluere velit, pcedẽt quæ dicta sunt in præcedẽtibus, vt cognatus pferatur, nõ hrs extraneus, p simili pensione, & eisdẽ pactis ab alio obla
17 tis, ita declarãt Pan. & Imo. in d. c. ad aures. Vltimo † nota, quod vbi agitur de ꝯmodo pecuniario, is creditor pfertur, cui plus debetur. ad idẽ tex. in d. l. maiorem, & l. fi. C. q bon. ced. pos. Sed si de fide vel honore agatur, pferẽdus est dignior, l. ob carmen, §. fi. de test. traditur p Fel. de maio. & obe. gl. prima ponit duos intellect⁹. secundus est ibi, vel dic secundo. In ea. ibi, i. creditoribus addicũtur. hunc intellm dãnat Bar. quia hic tex. loquitur ẽt in cognato non creditore, cui addici non pt res debitoris, cum cognatus nõ sit creditor, l. fi. C. de iure do. impe. Scdo, quia non vni soli, sed oĩbus pro rata bona dñt addici, i. iure dñii possidẽda ꝯcedi. l. pro debito, C. de bon. auth. iudi. possi. sed cõsidera qualiter iste tex. probet, cum dicat bona vẽdenda, & non addicẽda. sunt. n. diuersa addictio, emptio, & in solutum datio, fm Bal. in l. fi. C. si in cã iud. pign. ca. sit. Nota tñ, q̃ vbi agitur de addictione facienda, non habet cognatus creditor priuilegium, vt sibi soli addicat, & ita vult Bar. sed ꝯrium vult glo. post Roge. quod videtur verius, qa rõ q̃ militat in emptione, vr militare in addictione, sano tñ modo, videlicet salua æstimatione cæteris creditoribus pro rata debiti, vt dicitur in d. l. p debito. In ea. gl. ibi, quidam volũt vẽdere, qđã nõ.

hic ẽt intellectus rphenditur eadẽ rõne, qua pcedens: & qa prævalere debet sñia illorum, qui nolũt rẽ vendi, cũ sit humanior, d. l. maiorem, & d. l. fi. Sed ad hãc rõnem respõ. gl. q̃ sñia volẽtiũ rẽ vẽdi, pt esse humanior si đbitũ sit vsurarium, rñsio diuinat. Notñ hũc intellm ad ampliationẽ dictorum iuriũ, vr pcedat gñaliter, & omni casu, quo sñia aliquorum sit humanior & vtilior de
8 bitori. qđ dicit not. Ang. qđ alibi non reperitur. Item no. † q̃ vtilius est debitoribus debentibus sub vsuris bona vendere, vt satis fiat fœneratori, q̃ vsuris se corrodere. Nam vsura nihil aliđ est, q̃ quædam vorago exhauriens debitoris facultates, c. quanto, & c. quoniam, de vsu. bene facit, quod dicit gl. in l. ii. in prin. in verbo, suspectum, & ibi Alex. no. ff. sol. mat. & quod dicit glo. in l. qui habebat, ff. de leg. iii. reiectis ergo ĩtellect. gl. Iaco. de Are t. Bar. & alii *cõmuniter* legunt in cõparatione, i. emptione, præfertur cognatus creditori. Et pro isto intellectu allegatur ẽt text. in d. l. Imperator Antoninus. sed certe verba illius legis hunc sensum non ad
19 mittunt, sicut faciunt verba huius legis, quæ inducitur † ad qõnẽ. Stat ꝯsuetudo vel statutũ q̃ pximior agnatus possit rem alienatam redimere seu retrahere intra annũ, de qua ꝯsuetudine loq̃tur tex. in c. ꝯstitut⁹, de in inte. rest. Modo directus dñs vult iure prælationis retinere, iuxta l. fi. C. de iure emphy. pximior agnatus iure cõsuetudinis vti ꝯtendit, q̃rit q̃s debeat pferri? videt q̃ agnatus p istum tex. & per tex. in c. j. §. fi. qual. olim feud. alie. pot. In ꝯriũ facit, quia lex spãlis derogat gñali, reg. generi per speciem, de reg. iur. Et statutũ spãle non tollit per gñale, fm Bal. in l. j. C. qui test. face. poss. & in c. i. in iii. q. ff. de offi. Cõsu. & in l. executorem, col. vi. ver. pone, duo sunt statuta, C. de exec. rei iud. Sed d. l. fi. est spãlis, qa loquit de solis rebus emphyteuticis. Consuetudo est gñalis, qa loqt de oĩbus rebus, ergo l. fi. nõ debet restringi p ꝯsuetudinem, sed potius ꝯsuetudo debet limitari per d. l. fi. quãuis anteriorẽ, l. nã & posteriores, ff. de legi. & ita ꝯcludunt Guliel. de Cu. Albe. & Bal. in d. l. Imperator Antoninus, p text. in arg. in l. si cũ dotem, §. fin. ff. sol. mat. Non ob. tex. in d. c. j. §. fin. quia agnati vocant ad rẽ feudalem iure spãli & ex nã feudi, & ex iure sibi ꝯpetenti virtute ãtis inuestiturç, qđ ius est potentius iure dñii, c. i. §. fi. q̃ fue. prima cau. bene. amit. Non ob. text.
20 qa põt retorqueri, si bene ꝯsideres. Sed pone, q̃ † ipse venditor velit redimere, q̃ritur an sit pferendus pximiori agnato, cui consuetudo retractum ꝯcessit? vr q̃ non, per tex. in l. si rẽ depositã, ff. depos. & per tex. in l. quidam testõ, in l. rogo, ff. de fideic. libe. & per tex. in d. c. i. qđ iuris si post aliena. vasallus feudum recuperauerit? per q̃ iura Bar. in d. §. si rẽ, ꝯcludit emphyteutã non posse redimere rem emphyteuticã in piudiciũ dñi, cui aqsitũ fuit ius plationis, vel commissi, sequũt alij *communiter*, vt attestatur d. Ias. in l. fi. col. antepe. C. de iure emphyt. & Curt. ꝯsi. 64. antiq̃ssimã, col. fi. & Dec. ꝯsi. 160. in vlt. dubio. In ꝯriũ facit tex. in l. ex hoc edicto, §. fi. ff. de alie. iud. mutan. cã fact. per quã Alb. de Rosa. ibi determinat venditorem prçferẽdũ. Cõfirmat, qa cessare vr interesse pximioris agnati a statuto vel consuetudine ꝯsideratũ, s. ne res alienata exeat extra familiã, qa redeũdo ad venditorem reuertit ad familiã. & bene facit tex. in l. volũtate, ff. quibus mod. pig. uel hypo. sol. ubi debitor potest redimere pignus alienatũ inuito creditore, cũ non habeat creditor de quo ꝯqueratur, attento q̃ res reincidit in causam pignoris. Ad idem facit tex. in c. si quis presbyterorũ, de reb. eccl. non alien. Vltimo facit, qa si a prin. cautũ esset, q̃ venditor posset redimere, præferri deberet absq; dubio pximiori agnato, fm Henr. Boic. in d. c. cõstitutus, ergo etiam præferri debet accedente volũtate emptoris ex post, cum non intersit, an ita fuerit a principio, vel ex post facto cõuentum, l. j. & 2. C. qñ lic. ab emp. disce. Nõ ob. iura ꝯria, quia procedũt, qñ alienatio transit in spẽm delicti, & qñ secuta redemptione nõ cessat ratio phibitiua alienationis, nec interesse aduersarij, prout cessat in casu nostro, in quo pmissa est alienatio. Sed
21 vtrum † agnatus creditor offerens in licitatione iustum pretium, vel volens rem distractam iusto pretio retrahere, præferri debeat alij offerenti pretium excessiuum? videtur, quod non per istum textum iuncto communi intellectu, vt procedat cæteris paribus. Nam priuilegium agnati respectu personæ, non autem pretij cõcessum legitur. Secundo, quia res tantum valet, quantum vendi potest, l. eum qui, §. melior, ff. de in diem addi. l. j. §. si hæres, ff. ad Treb. Id. n. videtur iustum pretium, qđ vẽditor est ab alio habiturus, l. si seruus, ff. de cond. fur. l. prætor ait, §. in eum, ṡ. tit. j. cum si. Tertio, quia animosa licitatio videtur pmissa in præiudiciũ ꝯsocij, l. licitatio, in prin. ṡ. de pub. l. ad officiũ. C. commu. diu. Quarto facit text. in l. fi. C. de iur. emphy. & ita determinat Ioan. And. in addi. Spec. tit. de emp. & vend. §. adijciendum, in fi. & Bald. in l. 2. circa fi. C. de rescind. vend. & Saly. in d. l. ad officium. In contrariũ facit doct. glos. in d. l. 2. C. de rescin. vend. In contrarium facit tex. in lege. j. in fi. & quod ibi no. Bart. C. de metal. lib. 11. Tertio, quia non est aperienda via malitijs hominum, l. in fundo, ff. de rei vẽdi. c. sedes, de rescrip. Facile enim erit fraudare agnatum supponendo animosum licitatorem. Quarto facit, quod decidit Ange. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. vbi decidit quòd consors, qui promisit fundum vendere consortij, & non alij sub pœna, quod cogitur vendere pro pretio communi, & non pro immo-

immoderato. Quid dicendum? Io. de Imo. in d.§. cohæredes, distinguit faciens tria mēbra: sed sua distinctio non placet, in pen. membro, dum dicit, ꝙ vbi agitur de iure q̄ sito ꝯseruando, intelligitur ꝑ ptio quod offerť cōiter, non ab animoso. Istud ꝯfunditur per tex. in d.l.fi. C. de iure emphy. iō distingue aliť: aut cogitur per legem vendere seu retrouendere alicui certæ ꝑsonæ, & intelligit ꝙ iustro ꝑtio, d.l.ii. aut non cogitur ad vēdendū vni magis q̄ alteri, sed vnus alteri ꝑfertur respectu ꝑsonæ vł alterius qualitatis, & nō respū ptii: & tūc intelligitur priuilegiū prælationis ꝑ ptio, qđ ab alio repiatur. ita loquitur tex. nr̄, & tex. in d.l.fi. & in d.l. licitatio, & l.l.ii. & seq. C. si pp pub. pen. aut ergo statutū dicit, ꝙ agnatus possit retraheř rem ꝑ retio, quo fuit distracta, & itamus certo: aut quod possit retrahere simpliciter, & intelligitur pro iusto & communi pretio: aut dicit, quod agnatus præferatur omnib⁹ aliis, & tunc intelligitur pro pretio, quod abalio reperietur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia recipiunt interpretationem extensiuā a cōmuni vsu & practica. Vsus siue practica, in quibus differat a consuetudine.*
2 *Actio funeraria dicitur, per quam repetuntur, expen. funeris.*
3 *Actio funeraria habet priuilegium prælationis in bonis funerati & eius hæredis, & in bonis eius, qui cogi posset hac actione.*
Pater & dominus tenentur pro sepultura filij & serui.
4 *Actione familiæ ercisc. agens pro impensis factis in hæreditate, si probet ēt fecisse in causa funeris, habet priuilegium actionis funerariæ.*
5 *Agens vna actione probans tamen aliam, an debeat obtinere.*
Actio certa & apta, si resultat ex narratione facti, actor obtinere debet probato facto, quamuis ineptam actionem in conclusione libelli expresserit.
6 *Stipulatio vsque adeo regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur, vt etiam assumat ipsius contractus priuilegia.*
7 *Actio funeraria est inter cęteras personales actiones priuilegiata, vt præferatur omnibus etiam anterioribus.*
8 *Actione funeraria agens, an præferatur creditoribus habentibus hypothecam anteriorem.*

QVæsitum est. Istud principium diuiditur in quatuor partes. In prima quæsitum. In secunda quæsiti decisio. In tertia decisionis ampliatio. In quarta ponitur illatio. Secunda ibi, & hoc iure vtimur. Tertia ibi, parui referre. Vltima ibi, quare si in
1 stipulatum. In tex. ibi, & hoc iure vtimur. No. quod †etiam priuilegia recipiunt interpretationem extensiuam a communi vsu & communi practica. Et ita habes ampliationem ad tex. in l. si de interpretatione, ff. de legi. & hic vsus siue practica differt a consuetudine, quia hic est iudicum, illa populi. hic declarat & interpretatur, illa etiam erogat & approbat. hic quibusdam actibus, illa tpis diuturnitate firmatur, ſm Ant. de Butr. in c.fi. ver. visa, de consue. extra. & Mod. Repet. in rub. eiusdem tit. q. iiii. In tex. ibi,
2 funeraria actiōe. No. ꝙ †actio, qua repetuntur expēsę funeris appellať funeraria. ad idē tex. in l.& si quis, §. hæc actio, & l. si qs sepulchrum, §. ptor ait, ff. de reli. & sump. fu. sed Doct. communiter appellant hanc actionē in factum, cum ista adiectione funeraria, vt docet gl. in d.§. hæc actio. & Spe. ti. de sepul. §. i. vers. porro. In tex.
3 ibi, priuilegio locus sit. No. †quod actio funeraria hēt priuilegiū prælationis non solum in bonis funerati, sed etiam in bonis hr̄dis. Tu dicas etiam in bonis eius, qui cogi posset, si viueret, hac actione, vt pater pro sepultura filii, l. in prem, ff. de reli. & sump. fune. dominus pro sepultura serui, l. filiusfa. §. qui seruum, ff. eod. Nam hæc actio perpetua est, & in hæredem hr̄dis, hr̄demque patris & dn̄i datur, d.l. filiusfa. §. hęc actio. In tex. ibi, etiam funera-
4 riam ei competere. No. ꝙ †agens actione familiæ ercis. ad impēsas factas in hæreditate si probet fecisse in causa funeris, habet priuilegium actionis funerariæ. Et ex hoc tex. Io. And. in addi. Spec. in titu. de senten. §. qualiter, vers. quid si lis, & in tit. de peti. & actio. §. sequitur, vers. hoc quoque, decidit, ꝙ agens actione de
5 positi † ad librum si probet cōmodasse, debet obtinere ex causa commodati: sed in contrarium videtur casus in c. examinata, de iud. vbi intentans actionem ineptam ꝯdēnatur in expen. relaxato reo ab obseruatiōe iudicii. Non ob. iste tex. quia actio hic nō erat inepta. & sir̄r in casu Spe. in d.§. sequitur, rei vendicatio erat apta. siue fuerit intentata adiecta causa depositi, vel commodati. Non sic in casu Io. And. qn̄ agit actione depositi, & ꝑbatur cōmodati. Iō Ang. hic ꝑ ꝯcordia dicit bn̄ inspiciendum esse libellū: aut ex narratione facti resultat actio certa & apta, tunc actor probato fcō expss̄e debet obtinere etiam ꝙ in cōclōne expsserit actionem ineptam. Exemplum, petebat sibi restitui librum, quē dicebat tibi commodasse, quare petebat te condemnari actione depositi: probato cōmodato debet obtinere, & in istis terminis procedat dictum Io. And. Aut ex narratione resultat actio competens, vt in exemplo præceden. & in conclusione petitur reum condemnari, ex casu condemnati nulla expressa actione, tunc reo negante se teneri ex illa causa, debet actor succumbere si probet reum teneri ex alia, non quia actio intentata fuerit iepta, sed quia non probauit. Et ita procedat text. in l. habeat, ff. de instito. & faciunt quæ abunde scribit d. Alc. consi. 121. viso, li. i. quæ notabis. In his cōsistit suba omnium libellorum. De quo atticu. videas plenissime Maria. Soc. in c. ii. char. xi. ver. Circa secundum, quid iuris, extra de libel. obla. In tex. ibi, quare si stipulatus, no.
6 ampliationē †ad rl̄am l. si stipulatus, ff. de vsur. vt stiplō in tātum reguletur ſm naturam contractus super quo interponitur, ꝙ et assumit priuilegia ipsius contractus. Sed in ꝯrium facit, quia stipulatio interposita super ꝯctu innominato facit ꝙ non sit locus penitentiæ, nec detur ꝯdictio ob cām, l. cū ꝑcibus, C. de rerū permut. d. Ias. in rub. ĭ. de verb. obl. rn̄det, ꝙ rl̄a nō ꝑcedit, qn̄ agit vt ꝯctus reddatur firmior: tūc seruāda est natura stiplōnis, & non ꝯctus, sup quo iterponitur. sed certe stipulatio sp roborat ꝯctum, ergo sp deberet seruari nā stiplōnis. Tu vero ꝑ solutione cōtrarii potes negare, ꝙ natura ꝯctus innoīati non est, ꝙ a contractu discedatur, sed ꝙ stetur ꝑmissis. Sed qa contractus est debilis, ꝑ stipulationem roboratur. Iō ꝯriū nihil obstat, qa vtriusq; nā seruat. Concludamus ergo, ꝙ stipulatio sp regulatur ſm naturam contractus, super quo interponitur, qn̄ agit vt ꝯtractus obseruetur, non etiam si agitur, vt irritetur, l. si emptio, C. de rescin. vendi. Vl-
7 timo no. ꝙ †actio funeraria inter personales actiones est priuilegiata, vt ꝑferatur omnibus etiam anterioribus. ad idem tex. in l. pen. ff. de reli. & sump. fune. Sed dubium est, an ꝑferatur etiā creditoribus hn̄tibus hypothecas anteriores? gl. hic se remittit, communis conclō est, † ꝙ præferatur ēt hn̄tib. hypothecas tacitas an-
8 teriores per tex. in l. si qs, § i. & ii. eo. tit. Non aūt ꝑferať hn̄tibus hypothecas expressas anteriores exēplo actionis de dote, q̄ non præfertur hn̄tibus expssas hypothecas anteriores, l. fi. C. qui pot. in pig. ha. seqtur Ang. hic, sed alibi idem Ang. tenuit oppositum in dote, in Auth. de æqual. dot. in §. his ꝯñr. nisi saluando dixeris ꝙ Ang. hic loquitur in muliere hn̄te solum tacitam hypothecā, q̄ ꝑ dote non præfertur hn̄ti anteriorem expressam, sed in his ꝯsequenter, loquitur in muliere hn̄te expressam, q̄ tūc præfertur ēt hn̄tibus expressam anteriorem. tn̄ cōmunis opin. est, ꝙ mulier nūquam præferatur hn̄tibus anteriorē expressam, vt concludit Alex. Socy. & Mod. in l. i. ff. solu. matr. & Bal. Nouellus in tract. de do. in x. parte, col. ii. An autem actio funeraria sit præferenda actioni de dote? dicam in l. priuilegia, vbi glo. tangit, ĭ. eod.

SVMMARIVM.

1 *Sponsa non dicitur proprie maritata, nec vxor.*
2 *Sponsa mortua nihil lucratur sponsus statuto disponente, quod mortua vxore maritus lucretur partem dotis.*
Sponsam violans non tenetur pœna adulterij, qui non dicitur nupta.
3 *Sponsa, an dicatur dotem habere.*
4 *Filia nondum nupta, cui dos in patris testamento est relicta, an dicatur dotata, ita quod veniat excludenda stante statuto, quod extantibus masculis filia dotata non succedat. quod sic.*
5 *Lex loquens in dote propria, habet locum in dote impropria, quando ratio dispositionis militat vtroque casu.*
6 *Ratio, quę sola in lege vel statuto assignari potest, illa habetur pro expressa.*
7 *Sponsalibus contractis, an possit alter inuito altero ab eis discedere.*
Sponsalia proprie sunt futurarum nuptiarum sponsio, large tamen etiam nuptiæ dici possunt sponsalia ante copulam.
8 *Renunciari non posse iure de futuro, quomodo procedat & intelligatur.*
9 *Stipulationem interuenisse lex non fingit pro dote impropria.*
10 *Condictio ob causam, quæ datur pro dote repetenda, est ita priuilegiata sicut actio ex stipulatu. infertur vt ibi.*
11 *Vxor non dicitur, nisi quæ ad domum viri traducta est: ideo stante statuto, ꝙ mortua vxore sine liberis vir lucretur dotem, si moriatur antequam traducatur, vir non lucrabitur dotem.*
12 *Extensio ex identitate rationis licita est etiam in priuilegijs fauore reipublicæ, imo etiam in pœnalibus & prohibitiuis.*
13 *Dos constituta filiæ nupturæ deducitur ante omina legata, tanquam æs alienum, etiam si essent ad pias causas. nu. 16.*
14 *Dos, an computetur inter æs alienum patris.*
15 *Argumentum de legitima ad dotem est validum.*
17 *Filiæ nupturæ relictum in testamento pro dote, minuit fideicommissum, quod pater restituere tenebatur, sicut minueeretur si viuens pater dotasset: de bonis enim restitutioni subiectis pater potest dotare filiam.*
18 *Prælationis priuilegium, quod habet mulier pro dote, an detur mulieri, an vero actioni de dote; quod mulieri, ex quo infertur ad plura.*
19 *Virgo nondum viripotens etiam dicitur mulier.*
20 *Mulier habens expressam hypothecam pro dote, an præferatur habentibus expressam anteriorem.*
21 *Sponsa, an habeat tacitam hypothecam, & priuilegiatam pro dote in bonis sponsi, latissi.*
22 *Dos confessata, an habeat priuilegia tacitæ hypothecæ. sic contra maritum & hæredes, secus contra tertios creditores. intellige vtrūque dictū, vt ibi.*
23 *Dos confessata, an habeat personale priuilegium prælationis.*

§. Si sponsa. Diuiditur in duas partes principales, primo duo resoluūtur dubia suborta super priuilegio prælationis concesso mulieribus dotē repetentibus. Secunda ibi, idē puto. Breuiter hoc dicit. Sponsa & minor xii. annis traducta, habent priuilegium vt pro dote præferantur creditoribus anterioribus. In textu ibi, si sponsa, iunctis sequent. habes notare

1 notare, ꝙ ſponſa† non dr̃ proprie maritata, nec vxor proprie ad
idẽ tex.in l.nõ ſine, C.de bo. quæ lib.vbi Cy.Bal. & alii inferũt
ad ſtatutum, ꝙ mulier maritata non faciat partem cum fratrib.
vt non hẽat locum in ſponſa, quæ non proprie dicitur marita-
2 ta.Et ſilr̃ † ſtante ſtatuto, ꝙ mortua vxore maritus lucretur par-
tem dotis, mortua ſponſa nihil lucratur ſponſus, nec obſt. ꝙ in
iſtis iuribus fiat extenſio de vxore ad ſponſum, quia hic agit̃ de
fauore ipſius ſponſæ, in p̃dictis q̃ſtionib.agitur de odio, qđ eſt re
ſtringendum, regu.odia, de reg.iu.in vi. Bene facit, quod deci-
dit d.Ant.de But.in c.j.de adul.vbi vult, ꝙ pœna illius c.cenſeat̃
impoſita violanti ſponſam, & nõ pœna adulterij, quia non dici
tur nupta. Bene facit doct.gl.in §.ſi vxor tua, Inſti.de nup. & 27.
3 q.4.in ſumma. In tex.ibi, dotem dedit, & ipſa condicit. Not.† ꝙ
ſponſa dicitur habere dotẽ.concord.tex.in l.ſi ſponſa, ff.de iure
dot. & in l.lex Iulia.ff.de fund.dota. Sed ɔ̃, ſine matrimonio nõ
poteſt eſſe dos, l.fi.C.de dona.ante nup.l.3.cum l.ſeq. C.de iure
dot.et Inſt.de nup.§.pe.Sol. glo.i.fatetur ɔ̃rium. Et rñdet, ꝙ hic
tex.loquitur improprie.idẽ rñ.Mod.Senen.in rub.ff.ſol.ma.Ex
4 quo ſequitur, ꝙ † filia, cui pater in teſtõ dotem relinquit, nõ ꝓ-
prie dr̃ dotata, qđ ẽt ꝓbat̃:q̃a ei ñ ɔuenit diffinitio dotis, de qua
ꝑ Bar.in d.rub.ff.ſol.ma.ergo nõ ẽt conuenit diffinitũ, l.j.§.dolũ
ff.de dolo. Stante ergo ſtatuto, ꝙ ſtantibus maſculis filiæ dota-
tæ non ſuccedant, non erit excluſa filia innupta, cui pater in te-
ſtõ dotem conſtituerat.ita determinat Io.de Imo.in l.Titio cen
tũ, §.Titio genero, ff.de ɔdi.& demõ.Et idem tenet Raph. Ful. ĩ
d.l.nõ ſine, ſequitur do.Alex.cõſ.13.Circa primũ, li.3.Cõtrariũ
firmat Bar.in d.§.Titio genero, ſequũtur alii *communiter*, vt patet
ex authoritatib. relatis in d.rub. col.3. Et ita conſuluit Paul.de
Ca.cõſi.263.Sup eo.Et iſtud magis placet ꝑ hũc tex. ſic inducẽ
5 do, lex† loquens in dote propria hẽt locũ in dote impropria, q̃ñ
ratio diſpõnis militat vtroq; caſu. Rõ aũt ſtatuti excludentis fi-
lias dotatas ſtãtib.maſculis ea fuit, vt bona ɔſeruent̃ in agnatio-
ne, quæ ꝑ fœminas finitur, l.ꝓnũciatio, §.familiæ, ff.de ver. ſig.
q̃ rõ ẽt ſtat, ꝙ filia dotata a patre nondũ ſit nupta. Et ſi dixeris,
ſtatutum eſſe correctoriũ, l.maximũ vitiũ, C.de lib.p̃t.& iõ non
extendendũ, ẽt ex identitate rõnis, niſi rõ in ſtatuto ſit expreſſa,
vt per gl.Bal.& alios in auct.quas actiones, C.de ſacroſ. ec. Rñ.
6 ꝙ cum hæc rõ † ſola poſſit aſſignari, perinde eſt ac ſi foret exp̃ſ
ſa, ſm gl.q̃ ibi Bal.ſumme no.in l.q̃uis, C.de fideic.præterea cõ-
ſiderandũ eſt, ꝙ ſtatutum loquitur de filia dotata reſpectu p̃ris,
de cuius bonis agitur, & non reſpectu mariti, ergo quantum ad
patrem erit dotata, ꝙ bene ꝓbatur in l.Theopompus, ff.de dot.
p̃le.Cęterum hic vr̃ cõis vſus loquẽdi, ſm quẽ verba ſtatuti ſũt
exaudienda, l.Labeo, ff.de ſupel.le.l.librorum, §. quod tñ Caſ-
ſius, ff.de le.3.In tex.ibi, nuptiis renunciatũ eſt. Pro intelligen-
tia q̃ro, a quo renunciatũ eſt? vr̃ rñdendũ ab vtroq;, alias renun
cians incurrit infamiã, l.j.in fi.ff.de his, q̃ not.infa.ɔ̃rium eſt ve-
rius, q̃a ſi mutuo ɔſenſu diſſoluant̃ ſponſalia, nõ renunciatione,
ſed pacto diſſoluta dñr, l.j.C.de pac.Et in ɔ̃rium eſt caſus in l. j.
C.de ſpon.Non ob.tex.in ɔ̃rium alleg.quia loquitur in ɔ̃hente
7 ſcđa ſponſalia ante renunciationẽ, ſed an de iure † canonico al-
ter poſſit inuito altero a ſpõſalib.diſcedere?gl.in d.l.j.de ſpõ. rñ
det idẽ eſſe de iure canonico, q̃ rñdet ad tex.in c. deſponſatam,
27.q.2.quod loquitur in ſponſa per verba de p̃nti.Nã licet ſpõ-
ſalia ꝓprie ſint futurarũ nuptiarũ ſpõſio.largæ tñ nuptiæ p̃nt di
ci ſpõſalia añ carnis copulã reſpũ futuræ executionis, c. ſi inter
virũ, & ibi no.Pan.ext.de ſpõ.Sed ɔ̃ opi.gl.vr̃ caſus ĩ c.ex literis,
2.e.ti.vbi diſponit̃, ꝙ iurãs ɔ̃here matrimoniũ, põt inuitus cogi
ſeruare fidẽ.Et hoc verius, niſi ex inuitis nuptiis dubitetur de ali
quo ſcandalo, c.requiſiuit, eo.ti.& quia inuitæ nuptiæ vix p̃nt eſ
ſe ſine ſcandalo, eccleſia non facile procedit ad compulſionẽ,
c.ſicut, eo.tit.Sed ɔ̃ tex.opponit̃, dr̃ nuptiis renũciatũ, & poſtea
ſubiicit̃, nullũ ɔ̃ctũ matrimonium, ergo qđ non eſt remitti non
põt, l.nã, & ſi ſub ea ɔdõne, §. poſt defectũ, ff.de iniuſto rup.&
irri.te.Gloſſella timore ɔ̃rii exponit nuptiis, i. ſpei futurarũ nup
tiarũ. Sed ob.huic expoſitioni rł̃a l. ſi ita ſcriptũ, §.ſi ſub ɔdõne
8 ff.de le.2.q̃ eſt, ꝙ † iuri de futuro renunciari non põt Sol.verũ iu
ri de futuro re, & ſpe:ſecus iuri cõpetenti ſpe de p̃nti.ita vr̃ velle
dicere gl.ſed ɔ̃ hãc ſolõnẽ vr̃ caſus ĩ l.j. C.de pac. Nec ob.ſi dixe
ris, ꝙ Bar.ibi ɔcludit, ꝙ iuri ɔſiſtenti in ſola ſpe p̃t renũciari alte
ra parte p̃nte, q̃a Bar.loq̃t̃ altera parte p̃nte, & ɔſẽtiẽte, quo ca-
ſu renũciatio trãſit in pactũ.l.tale pactũ, in princ.ff.de pact.Nos
aũt loq̃mur ẽt altera parte ɔ̃dicẽte, d.l.j.C.de ſpõſ.Meliꝰ ergo ẽ,
ꝙ exponamꝰ nuptiis, i.ſpõſalib.iuxta tex.in l.in p̃tãte, ff.de ſpõ.
9 In tex.ibi, ɔdicit, not. ꝙ lex non fingit † ſtipłõnẽ interueniſſe ꝓ
dote impropria.Et ex hoc hẽmus limitationẽ ad l.vnicã, C. de
rei vxo.ac.vt ꝓcedat in dote ꝓpria, & ſequuto vero m̃rimonio,
alias ſecus, & eſt tex.clarior in l.i.C.de condi.ob cau.In tex. ibi
10 tñ æquũ ẽ, no. ꝙ † cõdõ ob cãm cõpetẽs ſpõſæ, vel minori ꝓ do-
te repetẽda ẽ ita priuilegiata, ſicut actio ex ſtipulatu, ad idẽ tex.
in l.ſi ſpõſa, ff de iu. do.Ex quo inferũt Bal.& Sal.in d.l.j.de ɔdi.
ob ca.ad ſtatutũ volẽs inſtr̃m dotis hr̃e executionẽ paratã, vt ꝓ
cedat ẽt ſi agatur ɔdõne ob cãm. Et ex hoc ſequit̃ ẽt, ꝙ ɔdõ ob
cãm, & ſi ſit actio ſtricti iuris, tamen debeat ſibi aſſumere nãm
bonæ fidei, ꝓut aſſumpſit actio ex ſtipulatu cõpetẽs ad dotẽ, §.
fuerat, Inſti.de ac. Dubito tñ, q̃a iſta iura loquunt̃ de priuilegio
antelationis, vñ nõ vñr porrigenda ad reliqua priuilegia, q̃ non
ſunt multiplicãda, ſm gl.in l. a diuo Pio, in prin.s̃.de re iu. & in
l.bene a Zenone, C.de quadr.p̃ſcr.In tex.ibi, quaſi vxor dedu-
11 cta, not. ꝙ nõ † dr̃ vxor, niſi quæ traducta eſt ad domum viri, ad
idẽ facit tex.in c.3.loco, & ibi no.Pan.de p̃ſum. Et iſtud demõ-
ſtrat etymologia vocabuli, dr̃.n.vxor ab vſu, ſm Sal.in l.cum te.
C.de do.ante nup.anteq̃ ergo ſit in vſu mariti, non erit vxor, ar.
ab etymologia vocabuli negatiuè, l.2. §.appellata, ff.ſi cer.peta.
Qđ facit ad ſtatutũ diſponẽs, ꝙ mortua vxore ſine liberis, mari
tus lucret̃ dotẽ, vt ñ ꝓcedat ea mortua anteq̃ fuerit traducta, &
ita determinat Pan.in d.c.tertio loco, & in c.ex publico, de cõ-
uer.ɔiu.ɔſ.j.ꝑ tot.li.j.Et hæc eſt *cõis* Doc.ſnĩa, teſte Fel. in rubr.
de ſpõ.col.2.ſequit̃ Dec.cõſ.67.ad fi.& Cor.ɔſ.248.in p̃nti ɔſul
tatione, li.2.Et ita obſeruat ɔſuetudo, ſm Pra.Pap. in libel.quo
agit̃ ad dotẽ, in verb.vxor. Contrarium tenet Bar. in l.nihil, ff.
re.amo.ꝑ illũ tex.& Bal.in l.Deo nobis, ar.illius tex. C.de epiſ.
& cle.ſequit̃ ibi Pau.de Ca.ɔſ.123:ſuper primo.iſta qõ eſt diſpu
tabilis, & ambigua, teſte Soc.in l.cũ fuerit, ff.de cõdit. & demõ.
Ego ampliſſime examinaui, & opi.ɔcordaui in rub.ff.ſol.ma.ad
12 ibi dicta me remitto.In tex.ibi, intereſt reip.No. ꝙ † fauore reip.
ẽt in priuilegiis ex idẽtitate rõnis, eſt licita extẽſio. Leges.n.vti
les reip.ſunt adiuuãdæ, l.hoc modo.ff.de ɔd.& dem. innumeris
n.exẽplis ꝓbari põt multa fuiſſe pro cõi vtilitate recepta ɔ̃ rõnẽ
diſputãdi, vt inquit Iurecõ.in l.ita vulneratus, ad fi.ff.ad le.Aq̃l.
Ideo fauore reip.eſt licita extẽſio, ẽt in pœnalib. & prohibiti-
uis, l.cætera, § hoc Senatuſconſultum, & ibi Iaſ.in 2.no. de le.j.
& ad propoſitum multa cumulauit Fely.in c. trãſlato, col. v.de
cõſtit.& in c.nõnulli, colũ.22.de reſcr.Ex hoc infert Bar. hic, ꝙ
13 dos cõſtituta filiæ nupturę deducitur † añ oĩa legata tanq̃ æs alie
num. Aduerte ſubtilius qualiter iſtud inferatur ex tex. Nam fi-
liam nuptam nõ tenetur pater dotare, ſm eundem Bar.in l.obli
gamur, §.lege, ĩ.de act.& obl.ergo illatio nõ bñ ſequitur ex tex.
in quo p̃ſupponitur maior rõ dubitãdi in nuptura, & ſi dixeris,
ꝙ opi.*cõmunis* eſt ɔ̃ Bar. ꝙ pater teneat̃ ẽt dotare nuptã, vt teſta
tur Soc.ɔſi.57.In cã reſtõnis, li. 4. dico, ꝙ adhuc minor rõ eſt in
nuptura, q̃ in iã nupta, in qua ceſſat rõ huius tex.vt nubere poſ-
ſit.Secundo aduerte, quia Bar.præſupponit in verbo, tãquã, ꝙ
14 † dos nõ proprie cõputetur inter æs alienũ patris. Iſtud vr̃ falſũ:
Nam ſi pater tenet̃ dotare filiam, l.qui liberos, alle.per Bar.& l.
fi.C.de do.ꝓmiſ.ergo iſtud onus dẽt cẽſeri æs alienum, l.credi-
tores, ff.de verb.ob.Sol.pater tenetur officio iudicis, vt no.in d.
§.l.ergo nõ tenetur iure obłõnis, q̃a officium iudicis nullã p̃ſup
ponit obłõnẽ, l.qui ꝑ colluſionem, ff.de act.emp. Et iõ verũ æs
alienũ deducitur ante dotem cõſtitutã filiæ nupturæ, l. ſi a ſoce
ro, in prin.ĩ.de his, q̃ in frau.cre.Tertio aduerte, dec.Bar.alia rõ-
ne probari põt:nã dos ſuccedit loco lĩtimæ, vt docet Bar.in l.Ti
15 tio cẽtũ, §.Titio genero, ff.de ɔd.& dem.† bonũ eſt arg.de lĩtima
ad dotẽ, vt ꝓbat d.Ale.in l.j.col.4.ff.ſol.ma.& Bal.Nouel.in tra.
de do.in 6.par.priuil.4. Legitima aũt deducitur ante oĩa legata,
l.Pap.§.quarta, ff.de inof.teſta.ergo ẽt deducet̃ dos. Fortius in-
16 fero, ꝙ deducetur ẽt † ante legata ad pias cãs, q̃a minuuntur ꝑ le
gitimã, c.Raynutius.de teſt.17.q.4.§.fi.& firmant gl.& Doct.in
auct.ſilr̃, C.ad leg.Fal.& Bar.in d.l.Papi. §.ſi Imperator, ergo ẽt
17 dñt diminui per dotẽ.Itẽ infert Bar.hic, ꝙ † relictum in teſtõ pro
dote filię nupturę, minuit fideicommiſſum, quo pater grauatus
erat, quia ſicut pater viuens poterat dotare filiam de reb. ſubie-
ctis reſtõni, auc.res, quæ, C.cõ.de le.ita dẽt poſſe dotem ɔſtitue
re filię nupturę in morte, & eius teſtõ, q̃a ĩtereſſet ẽt hãc dotatã
eẽ, vt aliq̃ñ nubere poſſit.Idẽ pluribus aliis rõnib.firmat Bar.in
l.a filia, ff.ad Treb.& in d.auct.res, quæ.vbi Iaſ.poſt alios in 3.q.
18 In tex.ibi, dabimus, in verb.mulieri, not.Bart. ꝙ † iſtud priuile-
gium ꝑſonale cõceſſum eſt ipſi mulieri, & non doti, adde, ꝙ ex
hoc no.ſequuntur plura.Primo ſequitur declaratio l.præced.vt
ſit intelligẽda de intereſſe reip.ſecundario.Infertur ſecundo, ꝙ
iſtud priuilegiũ non tranſit ad hæredes, quia eſt ꝑſonale, vt dicit
Bar.& eſt tex.in l.j.C.de priui.do. adeo, ꝙ nõ ẽt tranſit ad filios
hæredes, ſm Pau.in d.l.j.col.2.& Are.col.antepe.ff.ſolu.mat.re-
iecta opi.gl.in l.j.de priui.do.Tertio infertur, ꝙ hmõi priuilegiũ
non poteſt cedi, quia quod non eſt tranſmiſſibile, nõ eſt ceſſibi
le, l.ex pluribus, & ibi no.Bar.ff.de admi.tuto. Vltimo ex eo.ver
19 bo, mulieri.Not.† ꝙ etiam virgo nondũ viri potens dr̃ mulier,
ita probatur hic, iunctis p̃ced.ad idem tex.in l.argẽto, § .mulier
ff.de au.& ar.leg.In ɔ̃rium vr̃ caſus in l.exempto, §.ſi quis virgi-
nem, ff.de ac.emp.Pro ſol.videas tex.cum gl.in l.mulieris, ĩ. de
ver.ſi. Gl.in ver.ad priuilegiũ, diuiditur ĩ tres partes. In i.decłat.
In 2.quærit.In 3.allegat.concor. Scđa ibi, ſed an habeat. Tertia
ibi, item facit.In ea.ibi, ſ.aſſiduis.Iſte tex.inducit̃ pro opi.Mar.a
ſimili, ſicut mulier habẽs tacitã hypothecã p̃fertur habẽtibus
20 tacitam anteriorẽ, † ita habẽs exp̃ſſam debet p̃ferri hñti exp̃ſã.
Sed aduerte, q̃a Mar. tenet, ꝙ mulier hñs ſola tacitã p̃ferat̃ etiã
hñtib.expreſſam, cuius oppoſitũ probat pręcedẽs inductio, ſed
nec ẽt verum eſt, ꝙ mulier hñs exp̃ſſam p̃feratur habentibus
expreſ-

expressā anteriorē,per tex.in l. in reb.C.de iure dot. Dicit ibi esse spāle, ꝙ mulier in rebus in dotē datis pferat oībus creditoribus , ergo in aliis rebus mariti nō prefert oībus: & sic nō præfert hñtibus expressam,qa hñtibus tacitā ɔstat mulierem anteponi,d.l.assiduis.Et ista opi.ↄ Mar.est indistincte verior.& cōis, teste Corn.ɔsi.162.lib.i. Videamus, ergo an sponsa hēat † hāc
12 tacitam hypothecā, & an hēat priuilegiatā.Io.& Accur.hic tenent, ꝙ spōsa hēat.sequuntur Alb.& An.hic, & Cy.in d.l.assiduis, in vii.q.per istū tex.qui licet loquat in psonalibus, tñ ead. rō militat, & fauor reip. militat ēt in tacita hypotheca. Tu aduerte, ꝙ iste tex.bñ pbat, ꝙ si det tacita hypotheca, ꝙ sit priuilegiata,sed nō pbat ꝙ det,sed vr̃ pbare oppositū, qa hic dicit ꝙ nō fingit stiplō pro quasi dote, ergo nec fingere debemus tacitā hypothecā. Scdo Alb.hic īducit tex. ī d.l.assiduis, qa lex noua interpretans legē antiq̄ refert ad oēs casus,ad quos lex interpretata pōt extendi, vt in Auth.de fili.ante dot. instr.na. in prī. & in §.fi.Confirmat, qa vbi duo sunt æqparata a lege antiqua, lex noua supueniēs aliqd disponēs sup vno, idē censet disponere super alio,vt no.gl.in l. si quis seruo persuaserit, C. de fur. & in l.qđ vero,ff.de legi.Quātū aūt ad priuilegiū psonale eqparant dos,& quasi dos,vt hic,ergo l.assiduis, extendens priuilegiū psonale p dote,censet ēt extendere p quasi dote.Pōt rñderi dupl'r.Primo,ꝙ q̄tū ad tacitam hypothecā nō reperitur facta æqparatio dotis , & quasi dotis:ergo nō habebit locū extēnsio l.assiduis,q̄ dat priuilegiū hñtib.tacitā,vt pferat eodē mō,quo præfertur mulier inter psonales actiones. Scdo respondetur, argm̄ pcedere si rō legis nouæ militaret vtroq; casu,verū rō dictæ l.assiduis,ibi,quis.n.&c.nō militat,p quasi dote data spōso, ergo &c.Tertio p hac pte allegat tex.in l.si cum dote,§.fi.ff.sol. mat.iuncta opi.gl.Bar.& cōi.Sed pōt dici, ꝙ loqtur in dote putatiua,cuius priuilegiū psonale extenditur ad tacitā hypothecā. Nos loqmur in quasi dote tradita a spōsa sponso ; q̄ nō est dos vera nec putatiua,cui putatiuę dat hic fauor, vt deceptis mulieribus subueniatur . Hinc est,ꝙ si mulier decepisset virū,non haberet priuilegium dotis,fm Raph.Pau.de Cast.& d.Ale.in d.§. fi.arg.l.a diuo,ff.de ritu nup.& l.pe.§.fi.ff.qđ falso tut.& l.feminis,C.ad Velleia.Cōtrariā sniam,ꝙ sponsa nō habeat tacitam hypothecam,tenet Bar.hic,dicens ita tenere Dy.Iac.de Are.& cōiter Doct.sequit Bal.in tract.de dot.in j. par.in xi.limit. moti, quia non reperitur iure cautū: quorum opi.in stricto iure mihi placet,qa tex.in d.l.assiduis,non extendit priuilegiū psonale ad tacitā hypothecā simpl'r,sed ad eam hypothecā, q̄ hēt mulier, cui lex dedit actionē ex stipulatu.verū sponsę lex nō dedit ex stipulatu actionē,vt hic,& l.j.C.de ɔdict.ob cau.ergo nō ēt dedit tacitā hypothecam, nec priuilegiatā.Sed retenta opi.gl.dubita
22 tur,an † ēt detur tacita hypotheca priuilegiata p dote ɔfessata; & sic punctus est,an dos ɔfessata hēat priuilegium tacitæ hypothecæ? hic articulus est valde diffusus.Br̄ pcedendo, aūt q̄ritur, an hēat priuilegiū ↄ spōsum vel maritum,seu eius hr̃des. Et rñdeo ꝙ sic,fm gl.in l.exigere dotem,ff.de iud. nisi fuerit intra lǐa tpa opposita exceptio non numeratę dotis. iuxta tradita in l.fi. & auth.seq.C.de dot.cau.nō nu. Aut q̄ritur, an hēat priuilegiū ↄ tertios creditores:& rñdeo ꝙ nō,per tex.in d.l. assiduis.in verbo,si re ipsa datæ sint.& ita ɔcludunt glo. Cyn.Bal.& Sal.ibidē. Et hoc verū ↄ creditores hñtes hypothecā.Sed ↄ creditores chirographarios mulier hēt tacitā hypothecā priuilegiatā, ēt pro dote ɔfessata,qa illa l.assiduis,loquitur in creditoribus hñtibus hypothecā.Ex quo inferri pōt,ꝙistud priuilegiū ɔpetit ēt ↄ creditores hñtes hypothecam tacitā p debito pariter ɔfessato, qa in pari cā potior dēt eē cā dotis, l.in ambiguis , ff.de iure do.& ita ɔcludunt Bal.in d.l.assiduis.Ang.in l.ita stipulatus,§.Chrysogonus,ī.de verb.oblig.Bal.Imo.Alex.Mod.in l.j.ff.sol.mat.Cętera in hoc artic. videas latissime per Soc. in d.l.j.& Bald. in d.
23 trac.in x.parte. Sed magis quæritur ad rem , an † dos confessata hēat personale priuilegium prælationis,de quo in hac l.Bal.Nouellus in trac.respondet ꝙ sic,quia non reperitur, ꝙ tit.iste fundetur in vera numeratione, sicut fundatur priuilegium tacitæ hypothecæ:sed ego dubito, quia lex interpretata recipit intellectū a lege interpretante, in Auth.de fili.ante dot.instr.in prīc. & l.nam & posteriores,ff.de legi.Sed d.l.assiduis, quæ interpretatur istud priuilegium,extendo ad tacitam hypothecam,ita interpretatur si dos fuerit vere numerata,ergo &c.

SUMMARIUM.

1 *Actio pro tutore,quia personalis est,non datur in singularem successorem.*
2 *Successorum appellatione non venit singularis successor,infertur vt ibi.*
Emphyteuta inuestitus pro se,hæredibus , & successoribus suis , non potest rem inuito domino in alium titulo singulari transferre.
3 *Feudo concesso alicui pro se, hæredibus,& successoribus suis , an videatur etiam ei concessum pro successoribus extraneis:communis, quod non.*
4 *Feudo concesso pro se,hæredibus,& successoribus quibuscunque.an tunc videatur concessum ēt extraneis successoribus.latis.conclu.quod sic nu.6.*
5 *Vniuersalis dictio vbi pt aliqd operari,nūq̄ operat habilitationē inhabiliū.*
6 *Verba contrahentium intelligenda sunt,prout sonant.*
7 *Debilium appel.non continentur muti,surdi,nec prodigi.*
8 *Curator,an sit dandus bonis ad instantiam creditorum hæredibus deliberantibus super adeunda hæreditate.*
9 *Pupillus,an habeat tacitam hypothecam in bonis protutoris , quod sic,& an in bonis hæredum,tutoris,& protutoris.num.10.*
11 *Hypotheca tacita,an comprehendat etiam futura bona.*
12 *Bona futura cur veniant in generali obligatione.*
13 *Pupillorum & minorum bona,an sint tacite hypothecata tutoribus & curatoribus pro alimentis & impensis factis ipsis minoribus.quod non.*
14 *Patris bona,an sint tacite obligata filijs pro mala administratione bonorum filij,remissiue.*
15 *Empta de pecunia alterius non sunt tacite sibi hypothecata. fallit in emptis de pecunia pupilli,& militis.*
16 *Priuilegium inter personales actiones,an cōcedatur illi, ex cuius pecunia res est empta, quantum ad illam rem.*
17 *Muti,surdi,pdigi,& similes,an hēant tacitā hypothecā in bonis curatoris.*

6 vt sit vnica dictio bo. pos. Ex hac gl. infertur ad dcā testium, secū dum Angel. vt si deponāt vidisse Titium possidere, dēant intelligi de pos. fci, & non iuris. Et idem concludunt Bart. & alij in l. stipulatio ista, §. hæc quoq;, ſ. de ver. ob. & Pan. in c. cum cām, col. 3. extra de test. Ale. cons. 51. Viso & discusso, col. fi. lib. j. & cōsi. 133. viso, col. j. e. li. Secundo opp. dicitur hic, quod possidens ꝑ hærede tenetur hoc interdicto restituere possessionem agenti. istud videtur iniquum, quia si est hæres, & titulo ꝑ hærede possidet, dēt manuteneri, & non eijci a sua possessione, l. j. ſ. pro hære. Sol. hic tex. dēt intelligi de pos. tit. pro hærede falso vel putatiuo, non aūt vero, Inst. e. §. pro herede. Tribus. n. modis quis potest pro herede possidere, l. pro hærede, & ibi glos. magistra, ff. de peti. hær. Gl. in verbo, vsucaptum, diuidit in quinq; partes. In prima opponit, & soluit. In 2. ibi, & secundum hoc, remouet ꝯrium, qđ obstare videbatur solutioni. In tertia ibi, sed hoc nō videt. remouet aliud ꝯrium. In 4. ibi, sed ꝯ hāc opin. idem facit. In quinta ibi, & ad hoc,
7 alleg. concor. In ea. gl. ibi, probabilis fuit error. Nota† secundum Bart. ꝙ licet iustus error habeatur pro tit. quantū ad præscriptionem, non tamen hr̄ pro titu. quantum ad excludendum istud interdictum, & petitionem hr̄d. seqtur Iac. But. in l. j. C. e. & d. Ale. hic in apost. Pro quo facit, qa istud interdictū vi ipsa est psonale; l. j. in fi. ſ. de interd. & similiter pet. hr̄d. dicitur actio mixta, l. hæreditatis, C. de petiti. hær. ergo nisi spatio anno. 30. præscribi potest. l. sicut, & l. omnes, C. de præscr. 30. vel 40. ann. Contrariū, ꝙ tit. putatiuus pro hærede sequuta prescriptione longi tpis obstet agenti hoc interdicto, & petitione hær. firmat Ang. hic per istum text. sunt qui respondeant, ꝙ iste text. loquatur de præscr. longis. temporis, quę solutio stare non potest, cum præscr. longissi. temporis isto iure nō esset cognita, secūdum gl. in l. qui occidit. §. j. ff. ad leg. Aquil. & in l. Iulianus, in gloss. mag. ſ. ex quib. cau. maior. Mouetur etiam Angel. quia agenti hoc interdic. obstat exceptio, dolo facis. regu. dolo facis, de reg. iur. & l. dolo. ſ. de exce. dol. Cōprobatur, quia præscriptio oēm prorsus actionem excludit, ca. ad aures, vbi Pano. no. de presc. Et impedit litis ingressum, l. fi. ſ. pro suo, c. j. de litis contest. Si ergo iustus error habetur pro titu. ad effectum, vt præscriptio currat, ergo decursa debet obstare agenti. Et quòd petitio hæredi. præscribatur spatio longi temporis a possidente pro hærede iusto errore credence se hæredem, tenet glos. in l. hæreditatem, C. in quib. cau. ces. long. temp. præscri. argu. l. fi. ſ. pro leg. Sequitur ibi Bal. dicens, quòd petitio hær. interdictum quorum bonorum, quæ dantur contra possidentem pro herede, excedunt suos terminos, cum regulariter non dentur contra titulo possidentem, nimirum si exceduntur a terminis non suis, & sic a præscriptione longi temporis. idem tenet Sal. in rubr. C. e. sequitur Pau. de Castr. consi. 298. Super primo, col. 5. Quid dicendum? pro concordia puto distinguendum, aut excipiens, qui possidet pro hærede, innititur sibi tit. putatiuo, & non excludit hoc interdictum, nec petit. hæredita. etiam ꝙ præscripserit. aut excipiendo innititur præscriptioni, & tunc refert, vtrum cōueniatur pro re singulari, vel pro vniuersitate bonorum. primo casu pro cedat opi. gl. in d. l. hæreditatem, per tex. in d. l. fi. ſ. pro lega. qui loquitur, quando agitur ad rem singularem, & per istum textum in ver. si nihil vsucaptum esset. Bene facit, quod consuluit d. Alex. consi. 92. Viso, colum. fin. lib. 5. vbi concludit, posse præscribi dominium rei singularis, ad quam competit remedium cap. reintegranda, spatio longi temporis. licet nō possit præscribi remediū d. cap. nisi spatio longissimo. An autem isto casu exceptio prescriptionis excludat istud interdictum, dicam ſ. in glos. in verbo restituas. Aut conuenitur pro hæreditate, seu vniuersitate bonorū, & isto casu dicerem pet. hæreditatis, & istud interdictū non esse præscripta: quia non nisi spatio triginta anno. pscribi possunt iurib. præalleg. nam ſm Sal. in d. l. hæreditatem, oportet, ꝙ titu. putatiuus præscribat verum titulum alterius, qui præscribi non pōt spatio longi temporis. Cæterum q̄tum ad istud interdictum, qđ competit bo. possessori de iure prætorio, vr̄ ꝙ præscribi possit spatio vnius anni, cum ius agnoscendi bon. pos. præscribatur anno vno vtili, l. j. §. largius, ff. de succes. edic. præscripta autem bo. poss. in ꝯsequentiam erit pscriptum interdictum, quod non dat nisi ei, qui
8 recte agnouit bon. poss. l. 2. C. eo. †Et ista faciunt ad questio. spurij iusto errore credentis se legitimū vel legitimatū, an spatio lōgi temporis possit prescribere hæreditatem paternam in præiudicium agnatorum & fisci? Retenta opi. gl. in d. l. hr̄ditatem, videret ꝙ sic, quia iusto errore ductus titulo putatiuo pro hærede legitimo tempore possidet, & ita tenent Rayn. de For. & Iaco. de Rauen. quos sequitur Ange. in l. nemo, sup. pro lega. & ita consuluit Pau. de Cast. in d. consi. 228. Contra. consuluit Bart. consil. 118. d. Dominicus, quia aut spurius sciebat se non posse capere, & tunc mala fides obstat præscriptioni, reg. possessor malefici j. de regu.
9 iu. in vi. aut putabat se posse capere, & tunc errat in iure, †qui error iuris nunquam prodest vsucapienti, l. nunquam, ſ. de vsucap. ista decisio Bar. est vera in casu suo, videlicet quando spurius sciebat se spuriū, & iuris errore ductus credebat se posse capere. sed nō seruit in proposito, quia nos loquimur in spurio, qui iusto errore facti putabat se legitimum, vel legitimatū. Quid tenē ... & Raph. in d. l. nemo, expresse concludunt ꝯ spuriū, vt non possit præscribere tit. pro legato per illū tex. vbi casus. ergo nec ... terit pscribere ti. ꝑ hr̄de. & ita tenet Bal. & Sal. in l. nullo, C. de ... vē. & Bal. in l. id, qđ pauperib⁹, col. fi. C. de epis. & cleri. & Sal. in l. ... C. pro emp. Et horū sn̄ia crebrior est, & verior vr̄, quia error non dēt posse iustificare titulum, q nō pt cadere in spurio, l. j. ff. ꝑ hr̄d. & ita ꝯsuluit d. Alex. cons. 74. Circa primū, co. fi. lib. 3. intellige ... in pscriptione lōgi temporis reqrēte titulū, secus in pscriptione 30. ann. q̄ ex sola possessione pficit, nā cū possessio cadat ī spurio, consequit vt ea mediante possit pscribere, ſm Bal. in d. l. nullo, & omnia notabis, qa frequēter ꝯtingunt. In ea. gl. ibi, quare dic vsucaptum nō ab eo. iste intelrs cōiter reijcitur, quia ſm illū, verbum possideres, necessario dēt exponi, i. possidere desineres, in alium transferendo per dolum, & tunc superflueret id, quod sequitur, videlicet, quodq; dolo malo: & quia verbum, si nihil vsucaptum est ponitur exceptiue, quasi dicat, si aliquid vsucaptum est, non teneris. quo stante tota glo. erit superflua: vnico tamen casu salua ri potest gl. videlicet, qn̄ possidens culpa desijt possidere, quo casu potest conueniri hoc interdicto, si agens sit paratus sibi cedere actionem, l. si culpa, ff. de rei vendic. sunt ergo in consideratione habendi quatuor casus. Primus, quando reus possidet de præsenti, & tunc verificatur interdictum in verbo, possidet. Secundus, quando post li. contesta. cæpit possidere, & tunc verificatur interdictum in verbo possideres. Tertius quādo dolo desijt possidere, & procedit interdictum in versi. quodq. dolo. Quartus, quando culpa desiit possidere, & tunc procedit intellectus glos. vt dicamus, quod is qui culpa possidere desiit, hoc interdicto teneatur si nihil vsucaptum sit ab eo, ante quàm culpa desineret possidere, & nunc habes mentem glo. Ex istis omnibus eliciuntur duæ
10 conclusiones. Prima est, †in interdicto quorum bonorum, procedit iudicium, ēt si reus tempore motæ litis nō possideret, si ante sententiam ceperit aliquid possidere, sicut procedit iudicium in petitione hæreditatis, l. 4. l. si quo tempore, & l. item videndum, §. si quis cum peteretur, ff. de peti. hæred. Sed certe petitio hæred. in hoc non videtur conuenire cum isto interdicto: quia in petitione hæreditatis restitutio venit in consequentiam, nam principaliter petitur, quod actor declararetur hæres, restitutio autem fit officio iudicis, nimirum si sufficiat, qđ post litem motam reus incipiat possidere, per regulam l. Aediles, §. item sciendum, ff. de Aedi. edic. sed in isto interdicto principaliter agitur ad possessionem, ergo reus debet possidere tempore motæ litis, per regulam l. non potest, ff. de iudicijs. Non obstat textus in l. fin autem ... possidere, ff. de rei ven. qui etiam in actione reali principaliter petitur, quòd actor declaretur dominus, l. vbi autem, ff. eo. & restitutio veniat facienda iudicis officio, l. qui restituere, ff. e. nimirum si sufficiat, reum possidere tempore restitutionis faciendæ. Non etiam ob. tex. in l. quæsitum, ff. de pecu. quia actio de peculio competit in patrem vel dominum, etiā si nihil sit in peculio, licet exactio fieri non possit: ideo satis est, ꝙ tempore exactionis aliquid incipiat esse in peculio. Et tenendo contra hanc conclusionem, non ob. iste tex. quia verbū, possidēs, debet intelligi tēpore, quo bonorum possessione decreta fuit actori: verbum vero possideres, debet intelligi tempore litis contesta. & hic sensus multum amicatur literæ, licet aliquis non aduertat. Tenendo tamē *cōmunem* intellectum, quod verbum, possideres, debeat intelligi post lit. contesta. scias istud ꝑcedere, nisi reus negauerit se quicquam possidere, tunc non procederet iudicium, etiam quod postea ceperit aliquid possidere, secundum Paulum de Cast. in d. §. si quis cum peteretur. nam cum istud interdictum non competat, nisi contra possidentem pro hærede, vel pro possessore; consequens est, vt in negante se possidere dari non debeat, l. fi. de rei vend. Se-
11 cunda conclusio, †is qui culpā desiit possidere, tenetur hoc interdicto, etiam si res ab alio fuerit vsucapta, secundum glossam, & Bartol. per textum in lege si culpa, ff. de rei vendicatione. Sed contra, possidenti rem vt propriam concessus est abusus, l. si quis possessor, §. sicut, ff. de petitione heredi. ergo non debet teneri. Solutio permissus est abusus ante litem motam, non etiam post. Et ita intelligenda est conclusio ſm glossam in lege si. vero cum dicendus, ff. eo. tit. de rei vendi. Ex hac corollarie sequitur alia conclusio, quod excipiens de iure tertij, qui dolo vel culpa dedit causam tertio acquirendi illud ius, non est audiendus. ita probat iste tex. secundum intellectum glos. Et istud adde ad perficiendam doctrinam Bart. in l. 2. ſ. de excep. rei iudi. Glo. in verbo, restituas,
12 quærit, † an contra agentem isto interdicto obstet exceptio proprij dominij? Respondet ꝙ non, nisi excipiens sit paratus incontinenti probare, per text. in l. 2. C. de edic. diu. Adria. tollen. idem tenent glo. Bar. & alij, in l. fina. C. e. ita restringentes illum textum. sequitur Bar. in l. j. ſ. quorum legat. & in l. si de vi, ff. de iudi. & ibi Pau. de Cast. magistraliter declarat. idem tenet Bar. in omni interdicto adipiscendæ, in l. naturaliter, §. nihil commune, in j. lect. supra de acquir. poss. & ita consuluit Pet. de Anchar. consil. 145. in prędicta quęstione. & Ang. cōs. 135. Sancius Macinoli. & ista est *communis*, quam limita dupliciter. vt dixi in d. §. nihil commune, in j.

in j.lect.versi.quarta cõclusio.Adde tertiam limitationem, vt nõ
procedat,quando possessio est penes excipientem cum vitio, ſm
Bar.in l.filiam fratribus,ff.ad Treb.Dec.consi.404.Proponit,col.
13 pen. Quomodo † autem cognoscatur istud incontinenti,traditur
per Bar. in l.si is a quo, ff.vt in pos.leg. & Fely. post alios, in c.ve-
niens.col.5.de testi.tetigi post Bar.in l.4.§.condemnatum,s.de re
iud.Glo.in verbo,hoc interdictum,timore contrarii,quod forma
ui in pe.notab.dicit,ꝙ hoc loco verbum, restituas, dandi signifi-
cationem habet,l.verbum reddendi,ff.de verbo. signifi.ad idem
tex.in l.cum etiam,C.de rebus cred.& no.ibi. Bal. ad saluandum
libellum.& traditur per Bar.& Mod.in rub.ff.sol. mat.in fi.& est
melior tex.in l. Titio,in prin.j.ad municip. Alia ratione istud in-
terdictum potest dici restitutorium habita relatione ad perso-
nam defuncti,quam hæres representat, secundum glo. Instit.eo.
14 §.j.in verbo,possessori,in fi.Quod verbum notandum est † ad sta-
tutum, ꝙ possessio defuncti continuetur in hæredem, vt possit
hæres agere interdi. recuperandæ habita relatione ad personam
defuncti, cuius possessio est in eum continuata. Et etiam habita
relatione ad personam ipsius hæredis,possit agere interdicto adi-
piscendæ, si velit:quo aliis rationibus comprobaui Respon.lib.j.
c.j.in vlt.dubio.& puto verissimum.Glo.fi.opponit,& dupliciter
soluit. ex prima solutio. & secunda habemus conclusionem, ꝙ
15 † istud interdictum competit etiam ad singulas res, per text. in l.
hoc amplius, j. de furt.sed glo. & Bart.ibi dicunt illum tex.loqui
de interdicto de tabulis exhibendis,preparatorio interdicti,quo
rum bono. quæ responsio cauillatione non caret, cum expressa
dicatur competere,quorum bon.ad tabulas delatas.quod ego in
telligo,vt tabulæ restituantur,non vt soluatur damnum deletio
nis,quia si restituantur deletæ, non propterea is,qui deleuit,cen
setur liberatus.Et pro hac conclusione glo.faciunt verba interdi
cti nostri,quæ clara sunt.idem tenet glo.in l.2.in verb.possident,
C.eo.mota, quia competit etiam contra possidentem pro posses-
sore,qui potest possidere vnam rem tantum. Et cum gl.concor.
Saly.in rubr.Cy.& alii in l.j.C.eo.& in hoc conuenit istud inter-
dictum cum petitione hæreditatis,l.regulariter,ff.de peti.hæred.
ad istum tex. respondetur multis modis. Primo, ꝙ subaudienda
est dictio taxatiua,tantum.quæ respõsio placet Bar.& eam signa
bis ad saluandum testem, qui in prima depositione dicit Titium
non exportasse vestem. In secunda vero deposuit eũ exportasse
libros, & vestes, vt debeat concordari prima cum secunda,sub-
audiendo taxatiuam.Faciunt,quæ tradit Fel. post alios in c.cum
tu,de testi.Secundo respondetur, ꝙ quatenus hic dicitur inter-
dictum pertinere ad vniuersitatem bonorum, debet exponi,i.ad
eum, qui successit in vniuersitate bonorum,non ad res singulas,
i.non ad eum,qui successit in rebus singularibus.Nota hanc so-
16 lutionem, quæ vult, ꝙ † instituto in re certa non competit istud
interdictum,cui etiam non competit remediũ l.fi.C.de edic.diui
Adria.to.ſm gl.ibi,in verbo,ex parte.q̃ Bar.& alii ibi *cõiter* sequũ-
tur.Sed dubito,an istud interdictum competat instituto in certa
quota bonorũ? vr̃ ꝙ non,quia etiam ipse loco legatarii hr̃, l. am-
plius,§.j.& l.si quis seruũ,§.fi.ff.de leg.2.In ꝯriũ vr̃ tex. hic dũ dr̃,
17 ꝙ pertinet ad vniuersitatẽ bonorũ:ex quo infertur, † ꝙ competit
filio instituto in sua legitima,quæ est quota bonorum,l.Papinia
nus,§.4.ff.de inoffi. test.quod planũ est, qñ est instituturus in sua
legitima.id tamen puto,si sit institutus in re certa, quia a lege ip-
so iure suppletur id,quod deest. & sic facit quotam bonorum,l.
scimus, C.de inoffi.test.Adeo,ꝙ institutus filius in re certa, cen-
setur institutus in tota sua legitima,ſm Bal. in l.hac edictali,in 3.
col.C.de secun.nup.& in l.j.in 4.q.C.de inof.test.& ita consuluit
18 Io.de Ana.consi.67.Viso puncto.Istam conclusionem, † ꝙ extra
neo instituto in re certa non detur istud interdictum, intelligas
sane alio dato hærede vniuersali, secus nullo alio dato hærede
vl̃i,vel dato & repudiante,l.j.§.si ex fundo,ff.de hær.inst. vel etiã
dato & deliberante,ſm Bar.in d.l.fi.& in l.ex facto,magna, ff.de
hære.inst.Et hoc propter spem iuris accrescendi,& hanc opi.Bar.
dicit esse *communem* Cor.consi.203.In causa vertente.lib.3.sed ꝯ-
riam opi.tenent Imo.Ang.& Sal.quos sequitur d.Alex.in l.quo-
ties,C.de hære. insti.dicens,ꝙ hæc sententia ꝯ Bar. est in puncto
iuris verior.sequitur Phil.de Perus.in c.si pater,col.11. de testa.in
5.& mihi placet,quia deliberante hærede vl̃i,non potest institu-
tus in re certa prætendere se institutum in tota,vel in quota,cum
pendeat condictio iuris accrescendi.institutus.n.in re certa,cen-
setur institutus in tota hæreditate sub cõdõne,si hæres vl̃is repu-
diauerit,l.si ita quis instituatur hæres, ff.de hære.insti.ergo inte-
rim ꝯdõ nihil ponit, l. quæ sub conditione dandorum decem, ff.
si quis omis.cau.test.Tertio rñdetur, ꝙ ad res singulas non com-
petit interdictum istud,s.directum, sed bene competit vtile.ita re
spondet Soc.consi.33.Prosequendo ordinem,col.pen.lib.j.Quæ
responsio non placet, quia verba illa interdicti, quodque de his,
probant ꝙ detur bo.possessori ad res singulas,ergo est directum
quia competit ex verbis leg.ſm Bar.in d.l.curatores, C.de nego.
gest.& in l.j.j.vti possi.Stat igitur conclusio,ꝙ istud interdictum
datur etiam ad res singulares.Intelligas tamen ad eas dumtaxat,
quas defunctus tempore mortis possidebat,vel detinebat. secun
dum Pet.& Cy.in l.j.C.eo.& Sal.in rub.eo.tit.per tex.in l. & nõ
tm̃,ff.de peti.hær.Item intellige ad res singulares corporales, nõ
etiam ad incorporales,vt in l.seq.quam interpretandam assumo.

SVMMARIVM.

1 *Debitores hęreditarij non tenentur interdicto,quorum bonorum, & quare.*
2 *Interdictum,quorum bonorum,an detur pro iuribus incorporalibus, vt vsufructu,& alijs seruitutibus.*
3 *Interdictum aliquod,an detur mihi contra eum,qui annis singulis par caponum mihi dare tenetur, & sic pro annuis præstationibus an dentur remedia possessoria.*
4 *Agens possessorio pro annuis præstationibus an teneatur probare causam prestationis.*
5 *Ad probandum quasi posseßionẽ iuris exigendi pensionem,an sufficiat probare vnicam prestationem,quod non.*
6 *Sed quot actus sint neceßarij,id est quot prestationes.*
7 *Interdictum,quorum bon.quid differat a petitione hereditatis,vsq; ad fi.leg.*
8 *Plena probatio an requiratur in interdicto,quorum bon. an vero sufficiat semiplena.*
9 *Clausula,si probaueris,in rescripto posita,requirit plenam probationem.*
10 *Appellari licet a sententia lata super petitione hereditatis, secus super interdicto,quorum bonorum,& quid de iure cano.& in terris ecclesię.*
11 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto,quorum bonorum,remißiue.*

1 INterdicto. Hoc dicit in summa. † Debito-
res hæreditarii non tenẽtur hoc
interdicto, quia licet eorum persona sit obligata, nõ
tñ possidetur,nec possideri potest a creditoribus,l.cũ
hęredes,§.fi.s.de acq.poss.ergo in eos non cõpetit interdictũ pos
sessorium.Et quia omne interdictũ dr̃ in rem scriptũ, l.j.§.fi.s. de
interd. ergo non dẽt competere pro oblõibus mere personali-
2 bus.sed ꝯ,de l.j.§.quod ait prætor,j.tit.j.vbi pro iuribus † incorpo
ralibus competit interdictum,quorum lega.gl.Bar.& Ang.hic fa
tentur ꝯrium.Ad istũ tex.rñdent speciale esse in isto interdicto,vt
nõ det ꝓ iurib.incorporalib.sed certe tex.iste nõ negat hoc inter-
dictũ ꝯpetere ꝓ iuribus incorporalibus,quę quasi possidentur,vt
no.in l.3.in prin.& in l.nãliter,in prin.s.de acq.poss.nã iste tex.se
restringit ad debitores hæreditatis,qui non pñt possideri vel qua
si,& q nõ sunt in bonis nostris,l.q filios,C.q̃ res pig. Vñ rñdeo,
ꝙ ẽt istud interdictũ dabitur pro vsufructu,& pro vsu,& ꝓ serui-
tutibus,sicut datur interdictũ,quo.leg. Nõ ob.iste tex.in ver.sed
tm̃ corporũ possessores,quia possessores prædiorũ debẽtium ser
uitutes, dicuntur possessores corporum, & possessores seruitutũ
habita relatione ad prædia,quibus cohærent, possunt dici corpũ
possessores,l.j. & generaliter, iuncta l. 3. §. vnde vi, & §.seq.j.de
vi, & vi arma. Nã & interdictum, vti possidetis, quod competit
duntaxat pro rebus soli, l.j.§. hoc interdictũ, j. vti posside.datur
etiam pro seruitutibus,l.sicuti,§.Aristo,ff.si seruiven.Eadem ergo
ratione debet dari interdictum, quorum bonorum, pro iuribus
incorporalibus rei corporali cohęrẽtibus,quod est de mẽte Bart.
in d.l.j.col.j.ad fi.j.vti possi. Et ita concludit Sal. licet nihil respõ
3 deat ad istum tex.in l.fi.C.eo.Iuxta hoc quærit Bart. An † contra
eum, qui tenetur mihi dare singulo anno vnum par caponum,
competit aliquod interdictum.Et concludit non competere con
tra obligatum actione personali duntaxat, per istum tex.idem te
nent Iac.Petr.Cy.& omnes antiqui,in l.si certis annis,C.da pac.
quia in personalibus actionib.non datur petitorium,ergo nec ẽt
possessorium,cum sint correllatiua,l.j.s.de acq.pos.Contrarium
tenent *communiter* Canonistæ per tex.in c.querelam, de elec. Ad
quem respondent Legistæ. Primo,ꝙ contra querelam,opus, est
querela,quæ solutio est parum modesta.Secundo rñdet,ꝙ loqui
tur de obligatione reali,quam responsionem sequitur Ioã. And.
in c.peruenit,de censi.eo.quia ille tex.loquitur de præstatione cẽ
sus debiti ab ecclesia alteri ecclesiæ. quæ inductio damnatur per
d.Anto.& Imo.ibi,quia ecclesia dicitur persona inanimata reprę
sentans animatam,l.mortuo,ff.de fideius.ergo ibi agitur de obli-
gatione personali.Aliter ergo respondent Bar.& alii,ꝙ ibi debe-
batur pensio pro aliqua re,puta pro domo:ideo videtur agi de iu
re reali,sicut agi potest contra vasallum obligatum personaliter
ratione feudi,& hanc responsionem sequitur Panor.in d. c. per-
uenit, dicens ꝙ opin. Legistarum verior sibi videtur, eam sequi-
tur idem Panor.consi.24.In causa,lib.2.Tamen pro Cano.allega
tur alius tex.in c.sicut,de re iud.Vbi pensio quinque modiorum
frumenti simpliciter petebatur remedio possessorio, & non re-
spectu alicuius rei.sequuntur glo.Gemi.& alii in c.nullus, 2. qõ.
2.Inn. & alii,in d.c. querelam. Ang.in d.l.si certis annis,& in l.fi.
C.de anna.excep.& Insti.eo.§.fi.& ſm opi. Can.consuluit Bald.
consi.416.Visis actis,lib.3.& Lud.Rom.consi. 311. In casu pro-
positæ,in tertio dubio. & Deci. consi. 126. In causa reuerendi.&
Rot.decisio.4.in nouis. Amplians, vt etiam nouus prelatus, cui
nunquam fuit soluta pensio, possit nihilominus agere possesso-
rio nomine ecclesiæ. Ad argumentum Legistarum responde-
tur, quòd licet in præstationibus personalibus non sit dare pos-
sessionem,vel quasi,est tamen dare quendam statutum,ad quem
agi potest possessorio recuperandę, si existens in illo statu spo-
lietur;

lietur; vel retinendæ, si turbetur. Sed certe licet opi. Canonista-
rum seruetur in practica, opi. tamen Legistarum in puncto iu-
ris verior videtur. Non ob. iura canonica in contrarium alleg.
quia ratio nos cogit dicere, ꝙ ibi pensio debebatur pro aliqua
re. & licet in d.c.sicut. istud non exprimatur, tamẽ quia ibi non
dubitat̃ de actione, sed de prolatione sententiæ, debemus præ-
supponere requisita ad actionẽ esse habilia, c.ii. de æta. & qual.
vel aliter respondetur, ꝙ in illis iuribus non agitur interdicto
possessorio, sed officio iudicis loco actonis, c.ii. de offi. iudi. &
ita tenet Rota in d.deci. iiii. & Ang. Inst. eo. §.i. & in d. l. si certis
annis. Stante igitur hac resolutione, ꝙ competat officium iud.
4 vel si vis interdictum possessorium, dubitatur † an agenti sit ne-
cesse probare causam præstationis? Bar.hic tacite sentit ꝙ sic,
quia præsupponit reum teneri. Nam ex eo, ꝙ rusticus aliquan-
do soluerit vnum par caponum, non sequitur, ꝙ sit propterea
obligatus, cum hoc facere potuerit ex liberalitate, vel gratuita-
te, secundum gl.in l.solet, in fi. ff.de offi. Proconsu. contrarium
verius videtur, quia possessoria in facto consistunt, l. ij. ff. si ser-
uit.ven.& ita tenent gloss.Bald.& Panormit.in d. cap. querelam.
Bald.d.l.solet, in vlti.quæst.Angel.in l.j.in principio, colum.ij.ff.
5 de edendo.& Deci.in d.consilio 136. Sed quæritur, † ad hoc, vt
quis dicatur in quasi possessione, seu vt dicunt Canonistæ in sta-
tu exigendi ipsam pensionem, satis sit probare vnicam solutio-
nem? Ange.in dicta l.si certis annis, respondet satis esse. sequitur
Lud.Roma.in d.consi.311.in fi.Pro quibus facit tex.in c.consul-
tationibus, & quod ibi no.de iur.patro.& quod no.glo.in c.cum
ecclesia Sutrina, in verbo, trium, de cau.poss.& proprieta. sed do.
Anto.& Imol.in d.cap.querelam, dicunt esse necessarium proba-
re plures solutiones, arg.l.iij.C.de episcop.audien.& horum sen-
tentiam veriorem puto. Quia in his actibus, qui promiscue fieri
possunt ratione obligationis, vel facultatis & amicitię, nunquam
acquiritur quasi possessio per vnicum actum, l.i.§.hoc interdicto,
& ibi docet Barto.ꝟ.de itine.actuq; priua.sequitur Panormita. in
6 dicto cap.cum ecclesia Sutrina. Vnde † stat dubitatio, quot actus
sint necessarij? Bart.in l.cum de in rem verso, ff.de vsur.& in d.l.so
let, videtur velle, quod requirantur decem solutiones, annorum
decem.& idem dicit Pan.in d.c.peruenit, & do.Alex. consi.24.su
per primo, lib.4. sed illud est ad effectum præsumendi obligatio-
nem.alij dicunt sufficere tres solutiones, §.si vero vasallus.ibi dua
bus seu tribus acceptantibus quietis, in titu. quid sit inuestitu.in
vsi.feu.facit tex.in l.pe.C.de apoc.pub.lib.11.& in l.j.C.de fideic.
Ego puto istud dependere ab arbitrio iudicis cõsiderata qualitate
personarum & præstationis, ar.l.i.ff.de iur.delib.& ita tenet Inn.
in d.c.cum ecclesia Sutrina, & ibi scripsi, co.xii.Opponit gl.de l.
7 etiam, §.fi.ff.de peti.hære.& respondet, † istud interdictum in hoc
differre a petitione hr̃ditatis, & in aliis, quæ enumerat Bart. post
glos.in l.i.C.eod.& glos.in l.fi. C.de edicto diui Adria.tol.& Bar.
in l.præce.Inter cætera differt secundum Bar.in modo probandi,
qa in petitione hęreditatis requiritur plena probatio: in interdi
cto sufficit summaria, secundum glos. ii.in d.l. prima. Sed con-
8 trarium, quod etiam † in interdicto requiratur plena, visa est tene
re glos.magna in d.l.j.Bartol. ibi pro concordia dicit quod in in-
terdicto eadem probatio dicitur plena, & etiam summaria corres
pectiue. plena quidem habito respectu ad bonorum possessio-
nem decretalem, in qua sufficit fidem facere per simplices infor-
mationes factas parte non citata, l.ii.§.si seruus, ff.de bo.poss. Nã
in interdicto oportet fidem facere parte citata.dicitur autem sũ-
maria respectu petitionis hr̃ditatis, in qua requiritur plena & cla
ra probatio, in interdicto vero non ita plena, nec ita nitida requi
ritur. Aduerte, quia Bar.vult, quod in interdicto sufficiat semi-
plena probatio, & clarius vult Bar.in omni possessorio, in l.ii.§.
fi.C.vbi in rem actio.& Mathe.no.ii.dicentes, quod sufficit pro-
batio per vnum testem vel per famam. Ego dubito de ista deci-
sione, quæ fundatur eo, quia qõ possessoria sit modici præiudicii,
l.j.cum ibi not.C.si de mom.poss. fue.appel. Quia ista ratio non
videtur vera, nam magnum est possessionis cõmodum, sup quo
cõmodo fundentur omnia interdicta, §.cõmodum, Inst.e.& cõ-
probaui duodecim fundamentis in c. sæpe, de rest.spolia. Et ꝯ
istam decisionẽ pondero tex. in l.i. C.e.in verbo, si probaueris.q̃
verba hñt sensum veræ & perfectæ ꝓbationis, l.Lucius, ff.de cõd.
9 & demon. Nã hæc clausula, si ꝓbaueris, ẽt in rescripto appo sita,
requirit plenam probationem ſm Bal. in l.in bonę fidei, co.v.&
ibi Sal.C.de reb.cred.cõprobat Fel.in rub. de proba. col.ij.Et ꝯ-
riũ reperio tenere Bar.in extrauag.ad reprimendũ, in verbo, sum
marie.vbi dicit, ꝙ in iudiciis possessoriis ex parte agentis requi-
ritur plena probatio, quæ appellatur summaria respectu rei, qui
non auditur, si velit opponere exceptiones requirentes altiorẽ
10 indaginem, & istud credo verius. Circa aliã drĩam, ꝙ † a sñia la
ta in iudicio petitionis hr̃ditatis sit permissa appellatio, & non a
sententia lata in hoc interdicto, d.l.i.C.si de momen. poss.fue.ap
pel. Aduerte, quia ista differentia in terris imperii, & de iure ci-
uili, clara est: sed an idem dicendum sit in terris ecclesiæ dubita-
ri potest, quia de iure canonico ab omni possessorio licitum est
appellare, c.significauerunt, de test.c.cum ad sedem, de rest.spol.
cle.i.de cau.pos.& ꝓpric. videretur etiam non posse appellari per
illud, quod in casu ꝯrio dicit Pract.Papien.in forma libelli in cau
sa spoliatę possessionis, in verbo, per vestrã sñiam. Vbi dicit, q in
terris imperii põt appellari a sñia lata in iudicio c. reintegrand.
quia vtens remedio iuris canonici debet vti cum suis qualitati
bus, l.fi.§.& si ꝑfatam, C. de iure delib.& ante eũ idem rñdit Bal
consi.32.ad euidentiam, lib.3.sequitur Cor. consi.190.col.2.lib
idem ergo dicendum in casu ꝯrio. Nam ita dẽt se hr̃e oppositum
in opposito, sicut propositum in proposito, l.fi.§.j.ff.de leg.3.c.co
gnoscentes, de consti. Nõ tñ audeo istud firmare, qa in ꝯriũ ob
stat tex.in d.c.cum ad sedẽ, & in cle.j.Et propterea decisio Pact.Pa
piẽ.& sequac.q̃ sequutus sum in d.c.sæpe, ad fin. nunc mihi vr̃ pe
riculosa. † Qualiter autem in hoc interdicto sit concipiendus li
bellus, docet Spe.in tit.de testa.§.nunc videndum, in prin.

Quorum legatorum. *Rub.*

Continuatur dupliciter, vno modo vt hic in glo. altero, vt in glo.Rubr.C.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum lega.datur bonorum possessori ad reuocandam posses-*
rum legatarum occupatatum propria authoritate legatariorum. Item da-
tur hæredi, sed eo casu an erit directum, an vero utile, ibidem.
2 *Item datur hæredi hæredis, bonorũq; possessoris: sed an directũ, an utile, ibid.*
3 *Hæredis mei hæres non est proprie hæres meus, ideo in pænalibus & odiosis*
non venit appellatione hæredis.
4 *Item datur cæteris successoribus: qui autem sint hi successores, ibid.*
5 *Interdictum, quorum lega.an detur contra fideic. propria authoritate fidei*
commissum occupantes, & an contra fideic. vniuersalem, quod sic.
6 *Interdictum, quorum lega. datur contra hæredem legatarij vel fideic. Item*
contra singularem sucessorem legatarij. vel fideicom. ibidem.
7 *Interdictum, quor.lega.non datur contra legatarios occupantes res legatas*
de voluntate hæredis. Sed an sufficiat voluntas tacita, ibidem.
8 *Consensus hæredis adhibitus ante aditam hæreditatem, non nocet ei agere*
lenti interdicto, quorum lega.post aditam.
9 *Interdictum, quorum lega.cesset, si testator dedit in testamento licentiam le-*
gatarijs propria authoritate capiendi legata.
10 *Legatarius datus executor testamenti propria authoritate potest legatum*
capare, quia sibi tacite a testatore censetur data licentia. quod sufficit.
11 *Legatario data censetur licentia propria authoritate apprehendendi, si testa-*
tor prohibeat hæredem ne molestet, aut turbet legatarium in re legata, idem
tunc cessat interdictum.
Quid autem si testator legauerit per verba, accipiat, capiat talem rem, an
videatur data licentia, ibidem.
12 *Licentia data censetur legatario occupanti authoritate propria per hæc ver-*
ba, volo talem rem libere peruenire ad talem.
13 *Interdictum, quor.leg.cessat, vbi testator in vita tradidit legatario rẽ legatã.*
14 *Legata exsoluta per testatorem, etiam hæreditate nõ adita debentur, quia ha-*
bent vim dona.causa mortis propter traditionem.
15 *Interdictum an cesset, si res legata reperiatur tempore mortis testatoris pe-*
nes legatarium sine vitio, vt quia deposita, aut commodata fuit, ꝙ sic.
16 *Interdictum, quorum legatorum cessat contra institutum in re certa, qui quo*
ad istud non habetur loco legatarij.
17 *Itẽ cessat, vbi periculum est in mora, vt in legato alimentorũ, vel sepulturæ.*
18 *Vsusfructus oĩum bonorum si legetur vxori, instituto hærede extraneo post*
mortem vxoris, vxor poterit propria authoritate capere legatũ, ratio ibid.
19 *Consuetudo, ꝙ legatarius propria autho.capere possit legatum, an valeat.*
20 *Edictum diui Marci, de quo in l.extat, ff.quod me.cau.an detur contra lega-*
tarios occupantes legata post aditam hæreditatem.
21 *Dominium rei legatæ, an sit penes legatarium ante aditam hæreditatem.*
22 *Condictio l.si quis in tantam, C.vnde vi, an detur contra legatarios occupan-*
tes legata post aditam hæreditatem.
23 *Agenti posses.adipiscendę non obstat regula, dolo facis, nisi incontinenti of-*
feratur probatio, & vide infra nu.25.
24 *Interdictum, quorum lega.cessat, vbi cessat, falc.detractio, late tamen de ve-*
ritate nu.24.Item cessat, vbi hęres iniuste conqueritur de fal.ut si inuenta-
rium non confecerit, uel probibita fuerit falcidię detractio.

HOc Interdictum. Istud princi-
pium usq; ad
§.quia aũt diuiditur in quinq; partes. In j.refer-
tur nomen interdicti. In ij. cuius sit speciei. In
3.quid contineat interdictum. In 4. deciditur
qõ incidens. In 5.& vlti.declatur, qbus detur,
partes de se patent. Not.primo, ꝙ istud inter-
1 dictũ † datur bo.pos.ad auocandam pos.rerum legatarũ, quas le-
gatarii propria autho.occuparunt, ut hic, & C.eo.& Insti.e.§.adi-
piscẽdæ. Amplia, ut ẽt detur hæredi, ut hic in uer. hoc interdictũ.
Sed an hæredi detur directũ, uel utile; pendet a uerbis interdicti,
quæ non hẽmus ſm gl.j.uideret̃ tñ dari directũ, quia ſm relatio-
nẽ Iuriscon.ibi, nõ ex uoluntate hęredis, & in §.quod ait prætor,
Secundo ibi non ex uoluntate eius, ad quem ea res pertinet,
uerba interdicti conueniunt hæredi, ergo erit directum, ut per
Bar.

2 Bar.ſ. vti.poſſi.l.j. Amplia ſcdo,† vt ēt competat hæredi hæredis bonorumq; poſſeſſoris, vt ver.hoc interdictum. Sed an cōpetat directum? dr̄ ꝙ non, quia Iureconſ. ait competere non pp verba, ſed pp vtilitatē huius edicti.ergo erit vtile,l.j. ff.ſi quadru.paup.
3 feci.dica.Ex quo nota,ꝙ hr̄s hr̄dis†mei non eſt proprie hr̄s me⁹, & ita debes intelligere rl̄am l.fi. C.de hr̄d.inſti. Ex quo infertur, ꝙ applōne hr̄dis in pœnalibus,& odioſis.non ꝯtinebit hæres hæredis,qđ cōprobant Ale. & Mod. in l.fi. Sed q̄uo iſtud ſtare pōt, cum iſtud interdictū nō det, niſi legata fuerint occupata an̄ aditā hr̄di.quæ non adita non tranſmittitur, l. vnica, §. in nouiſſimo, C.de cad.tol? Sol. intelligas, ꝙ poſt occupata legata hæres adiuerit,& ante impetratum interdictum deceſſerit: hoc caſu dabitur hr̄di hæredis,vt intelligas in caſibus,in quib.tranſmittit̄ hæreditas non adita.quos tradit Bar.in l.ventre,ff.de acquir.hære. Am-
4 plia tertio,†vt ēt detur cæteris ſucceſſoribus,vt hic in verbo,nec non cæteros.ſed qui ſunt iſti, tex.non aperit,poſſumus dicere, ꝙ ſunt vlteriores hæredes,& ſic ſcđs, tertius, & deinceps; vel quot ſint fideicom.vl̄es,q̄ ēt dn̄r hæredes & ſucceſſores,l.ſicut,§.j.ff.q. mos mo.pig.vel hypo.ſol.& nota.per gl.in l.quāuis,ff.de iudi.in quos facta reſtōne fideicō. tranſeunt actiones actiuæ & paſſiuæ,
5 & ꝑnr etiā interdictum legis,l.i.in prin.ſ.ad Treb. No. ſcđo,† ꝙ iſtud interdictū competit ꝯ legatarios, qui propria autho. legata occuparunt.Sed an ēt detur ꝯ occupantes fideic.tex.non apperit idē tn̄ ddm vr̄,quia ſunt exæquata legata fideic.& eꝯ,ff.de leg.j.l. j.Sed quia legata particularia non ſunt exæquata fideic.vl̄ibus,q̄ritur an iſtud interdictum competat ꝯ fideic.vl̄em.Cor.conſ.232. Circa primum,in vlt.dub.lib.4.mouet dubōnem,& dicit ſibi videri ꝙ non,qa iſtud interdictum,locum non hēt,niſi qn̄ certum eſt falc.poſſe detrahi,vel qn̄ dubitatur,vt hic per Bar.ergo non dabitur in fideic. vl̄em, quem certum eſt non poſſe detrahere falc. Accedat,ꝙ in eum datur interdictum,quo bon.ergo nō opus eſt ꝙ in eum detur iſtud.ſubdit tamen Cor.ꝙ non audet firmare,& ſapienter loquitur; quia ꝯrium firmant Bar.& alii *cōiter* in l.Paulus rn̄det, ff. ad Treb. de quibus non facit mentionem. & contra ipſum obſtat tex.in l.j.C.eo.qui non vr̄ reſtringendus ad fideicō. particularem ex eo, ꝙ dicatur ibi dari interdictum ratione legis fal.cum appellatione falc.ēt Treb.comprehendatur,l.j,§.ſi is qui quadraginta, ff.ad Treb. Et ſi interdictum datur in legatarios, & & fideicō.particulares, qui nō poſſunt cogere hæredem vt adeat multo magis debet dari in fideicom.vl̄em,qui poteſt cogere hæredem adire,l.cogi,ſ.ad Treb.& ita habes vnam ampliationem.
6 Extendo ſecundo,vt etiam detur†in hæredes legatarii vel fideiō. ſ.ead.l.§,legatorum.Amplia tertio,vt etiam detur in ſingularem ſucceſſorem legatarii vel fideicom.§.illud tenendum,ſ.eadem.l. Nam cum ſit in rem ſcriptum,l.j,§.fi.ſ.de interd. conſequitur,vt detur in quemcunque ſucceſſorem,l.de eo,ff.ad exhib. Limita &
7 declara multis modis.† Primo,vt det ꝯ legatarios,qui inſcio vel inuito hærede occuparunt,ſecus hærede volente,vt hic verſi.nō ex voluntate, a contrario ſenſu. quod verum eſt, ſi de voluntate hæredis poſſideri certum eſt,ſiue voluntas poſt acceſſerit,ſ. ea.l. §.prodeſt. Sed an ſufficiat tacita, putarem ſufficere per id, quod dicit Bal.in auth.ex teſtō,col.2.C.de ſecun.nup.quē ſequit Alex. conſi.63.in dubōne,col.2.lib.5.& Dec.conſi.206.quæritur,an di-
8 uiſio.Intellige,†ſi hæres conſenſit poſt aditam hæredi.ſecus ſi ante,nam tunc talis conſenſus non nocet hæredi, §. quod ait prætor,2.ſ.ea.l.Sed aduerte,qa hæres conſentiendo vr̄ adire,l.pro herede,l.gerit,ff.de acquir.her.ſi eſt hæres conſentiendo,ergo nocebit ſibi conſenſus:quod crederem verum,ſi requiratur vt cōſentiat tanquam hæres, & ipſe ſimpliciter cōſenſum accommodat, ſecus ſi conſentiat vt Titius,non vt hæres.vel proteſtetur, ꝙ per talem conſenſum non intendit adire, l.ſi qs ex aliena,§.j.ff.de ac-
9 quir.hære.Declara ſecundo,vt†non procedat ipſe tex. ſi teſtator dedit in teſtō.legatariis licentiam capiendi legata propria auth.l. Titſa,§.Lucius,& ibi gl.Bar.& alii no.ff.de leg.2. Bart.& alii in l. nemo pōt,col.2.de le.j.& in l.creditores, C. de pig.& in l.ſtimos ff. de leg.tu.& ita ſitat gl.& ibi Ang.in l.pe.ſ.pro le.Ang.hic,& ſ. §.quod ait ꝑtor.& Bal.conſi.432.Veritas eſt iſta,li.j.Raph.conſi.
10 61.Petrus hr̄s,ad fi.Amplia,† vt procedat non ſolum ſi ſit data licentia a teſtōre expſſe,ſed ēt ſi tacite;puta ſi teſtōr cōſtituit legatarium executorem teſtamenti,tunc a ſeipſo poterit legatum apprehendere,ſm̄ Io.And.in addi.Spec.tit.de inſtru.edi.io.§.nunc aliqua,ver.ſed pone.ſequuntur Bal.Ang.Sal.& Mod.in l.non dubium,C.de leg. & Ang.in l.item ſi res,ff.de rei vendi.inferentes,
11 ꝙ†ſi teſtator prohibuerit heredi,ne vim faceret vel impediret,& moleſtaret legatarium in re legata,ꝙ ex hoc cenſet dediſſe lnīam legatario capiendi legatum propria autho. & propterea non tenebitur hoc interdicto. Et iſtud vr̄ voluiſſe Bart. in l. Centurio, col.4.ver.exēplū.in verbo capiat,ff.de vul.& pup.vbi dicit,ꝙ ſi teſtōr legauerit per hæc verba,capiat,accipiat talis talem rem, ꝙ vr̄ dediſſe lnīam capiendi propria authorita.ſequitur Dec.cōſi.424. proponitur,col.3. quod non videtur tutum, quia in contrarium videtur tex.ſ.ea.l.§. qui vero ex cauſa perceptionis.vbi in legatarium perceptionis datur hoc incerdictum,& tn̄ hoc verbum,percipito;eſt ita directum, ſicut verbum, accipito. Et per iſtam ſallē.
12 dnt Alex.& Mod.in d.l.nemo pōt, ꝙ† ſi teſtōr dixerit, volo talē rem libere peruenire ad Titium, ꝙ illi cenſetur data licentia capiendi legatum propria authoritate propter verbum, libere,quod exponitur,ideſt,ſine licentia alicuius,c.ſi plures,in verbo,libere, de offic.deleg.in 6. & in c.de multa, de præben. Ex his ſequitur,
13 ꝙ†ſi teſtator in vita tradidiſſet rem legatam legatario,in eum nō competeret interdictum,ſecundum Alex.in l.ſiliam fratribus,ff. ad ſenatuſcon. Trebellia.& bene facit,quia traditio legati facta a teſtatore habet vim donatio.cauſa mortis,l.legatum,ii.ff.de leg. ii.in qua donatione ceſſat iſtud interdictum, ſ. ead. l. §. ſi quis ex
14 mortis.†Nam legata per teſtatorem exoluta debentur etiam hęreditate nō adita,ſecundnm Bal.in l.j.col.fi.C.ſi quis omiſſa cauſa teſta.& Ang.in l.eam quam,col. 11. C. de fideicommiſſ. eadē
15 ratione†ceſſabit interdictum,ſi res legata tempore mortis teſtatoris reperiatur penes legatarium, ſine vitio puta ſi teſtator ante mortem illam depoſuiſſet, uel commodaſſet legatario, ſecūdū Socin.conſilio 11.Circa præſentem,colum.ii.lib.j.quod videtur contra text. cum glo. in l.lineam margaritarum, ff.ad leg. falcid. per quam glo. Alb.de Roſa.hic tenuit contrarium. Bart. ibi ſentiens difficultatem dicit, ꝙ iſto caſu in legatarium non datur interdictum directum, quia nō occupauit propria authoritate, ſed dabitur vtile. ego non video rationem, quare debeat dari vtile, cum ceſſat ratio temeritatis, propter quam tenetur hoc interdicto. Vnde mihi vr̄ verior ſn̄ia Socy. quam tenet Barto.ſibi contrarius,ſ.§.ſi quis ex mortis.& ita concludunt Iaco. de Are.Pan. & Alex.in d...lineam,intelligentes illum tex.ꝙ ibi res legata tpe mor.erat penes legatarium præter voluntatem teſtatoris. Decla-
16 ra tertio,†vt detur in legatarios,non aūt in inſtitutos in re certa, quia & ſi loco legatariorum hēantur,l.quoties, C.de hære.inſti. in pluribus tn̄,maxime quantum ad iſtud interdictum,loco hæredis reputantur,ſm̄ Bar.in l.ex facto,magna, ff.e.tit.de her. inſti. ſequuntur Alex.& Mod.in d.l.quoties, Gemi.in c.ſi pater,col.ii.
17 & Peru.col.20.de te.lib.6.†Quarto intellige,niſi periculum eſſet in mora,tunc licet propria autho.occupare legata:exemplum in legato pro ſepultura defuncti,vel pro alimentis alicuius pau perrimi.periculum.n. moræ facit licitum, quod alias eſt illicitū,l.ait prętor,§.ſi debitorē,ſ.de his,q̄ in frau.cred.l. de pupillo, §.ſi quis riuos,ff.de no.oper.nunc.facit,quia legata dilationē non recipiētia debentur ēt hæreditate nō adita,ſm̄ Bal.in auth.hoc amplius col.3.C.de fideicom.& in l.j.colum.18.verſi.ſuper noua,C.de ſacroſan.eccl.Ang.& Mod.in d.l.eam,quam, C.de fideic. Quinto.
18 intellige,†ſi ex diſpoſitione teſtatoris adſit hæres,a quo peti poſſit legatum poſt aditam hæred.ſecus ſi non adſit, exēplū, ſi legetur vxori uſuſfructus omnium bonorū,& poſt eius mortē inſtituatur hr̄s extraneus.Nam hoc caſu non pōt peti legatū poſt aditam hęred.qa eo tpe,quo adiri poteſt hr̄ditas, extinguitur legatū vſuſfructus,l.Titio cum morietur,ff.de vſufruc.ita tenent Bal.& Ang.in l.hr̄ditas ex die,ff.hæ.inſt.Bal.& Sal.in l.extraneū, C.eo. tit.& ita conſuluit Pau.de Caſt.cōſi.391.viſis dubiis.& Lud.Ro. conſi.61.viſis dubiis.Ale. conſi.68.lib.iii.& glo. in verb.nōn ſibi
19 ipſi.alle.concor. Sed †an valeat conſuetudo, ꝙ legatarius.poſſit propria auth.capere legatum? videtur ꝙ non,qa nō valet ꝯſuetudo,ꝙ quis poſſit ſibi ius dicere,cum ſit irrationabilis, ſm̄ Pan.in c. poſtulaſti,col.iiii.de ſo.compe.ꝯrium credo verius , quia iſtud ꝯcedi pōt a teſtōre,vt dictum eſt,& ab hærede,ergo etiam a ꝯſuetudine,l.fi.C.de fideiuſ.& no.per gl.in rub. de decu.lib.x.nō crederem tn̄ valere conſuetudinem, ꝙ legatarius poſſit occupare ꝑ vim,per ea quę dicit Bar.in l.creditores,in iiii.q. C.de pig.Gl.magna in verbo, vt perinde, ſex format oppoſitiones, quas refert. Bar.nihil fere addito. Nos ergo excutiamus eas. In ea. glo.ibi, l. non dubium, rn̄det glo.ibi poſt aditam,hic ante aditam.Iſta ſolo *cōmuniter* tenetur intelligendo poſt aditam,& apprehenſam poſſeſ.per hr̄dem,& ex hoc hēs vnam ſitationem ad d.l. non dubiū. alias ples dāt ibi Mode.& quaſdam ſ.poſui.Adde,ꝙ ēt illa lex nō ꝓcedit in legatario nōis alicuius debitoris, qui an̄ actiones ſibi ceſſas ab hr̄de exegit qđ debatur.ita ſitat Pet.de Anc. conſi.iii.in cip.Non eſt dubium.& ita recolo me conſuluiſſe. In eo.gl.ibi, l. extat.ſoluit gl. ꝙ ibi ſubtrahēs habebat ius in re, vel pro re, hic
20 res ſubtracta erat nullius.Iſta gl.vult duo.†primo ꝙ edictū diui Marci detur in legatarium occupentem rem legatam poſt aditam here.& apprehēſam poſ.per hr̄dem, cōtrarium voluit Soc. ꝯſ.33.Proſequēdo ordinē,ſad fi.lib.j.verior tn̄ mihi videt ſn̄ia gl. quia verba edicti diui Marci ſolū diriguntur ꝯ occupātes res alienas ꝓ ſuo credito.patet,qa imponit pęna amiſſionis credi, nō ergo daditur in legatarium,q̄ occupauit rem ꝓpriam.Scđo gl.vult,
21 ꝙ dn̄ium rei †legatæ ante aditam hr̄dita.non ſit penes legatariū. iſta declara,vt per gl.in l.ſi quis ita hr̄ditatem.ff.de ꝯd.inſt.& Bar.ī l.ſi tibi,§.cū ſeruus, ff.de le.j.In ea.gl.ibi, l.cum q̄rebatur.Not.ꝙ ꝯdō d.l.non datur in legatariū occupantē poſſeſſionē rerū legatarum ante aditam ꝯred.Adde,ꝙ nec etiam poſt aditam,& ante apphēſam poſſonem per hr̄dem , qa non competit ꝯ occupātem rem propriā, imo nec ꝯ occupantem rem alienā vacantem , quam iuſto errore ſuam credebat, vt probat ille text. a ceſſante rōne,ſm̄ glo.approbatā ibi,& Pan.in c.ſæpe,& ibi ſcripſi,col.xii. verſi.quarto dubitatur,de reſtitu.ſpolia.In ea.glo.ibi , l.ſi quis in tantā,habes,ꝙ ꝯdictio d.legis nō cōpetit ꝯ legatarios occupātes

22 res legatas ante adi.hrdi.Sed an detur† ꝯ occupantes post?Socy.
in alleg.consi.33.rñdet dari. quod intelligendum est post aditã,
& apprehensam possonem per hęredem, cum non det,nisi con
tra violentum inuasorem. & in hoc differt a pęna d.l. nõ dubiũ,
qua punitur legatarius,etiam clam & furtiue subtrahens rem le
gatam.In ea.gl.ibi,l.2.ff.de cri.exp.hære. Nota,quod legatarius
nõ tenet crimine expilatę hæreditatis.facit, qa nõ tenet furti, er-
go ecn crimine expilatæ hrditatis, l.vxor, ĵ. de cri. expil. hęredi.
23 In ea.gl.ibi,l.dolo facit,gl.ibi rñdet,ꝙ in† possessorio adipiscen-
dæ non obstat regula,dolo facis,nisi excipiens offerat se inconti
nenti probaturum exceptionem dñij,vt dixi late in l.j.š.ti.j. Sed
cum exceptio dñij ipsius legatarij sit manifesta, & clara, ꝑ instru
mentum testamenti,quod facit rem certã,c.cum olim, de ver. si.
videtur,quod indistinctè hæredi agẽti hoc interdicto obstet præ
dicta exceptio.Bart.fatetur oppositum, nisi hæres velit deducere
falci.tũc.n.cessat regula,dolo facis. cum Bart.transeunt Alber.&
24 Ang.hic,& ſm hoc cessat interdictum, quando hæres non con-
quæritur de falcid.& hæc fuit opi.Placen.quam sequuntur Azo,
gl.Iac.de Are.Pet.Bal.& alij *communiter* in l.vnica.C.eo.& secun
dũ hoc cessabit ẽt,qñ hæres iniuste conqueritur de falc.vt si non
fecit inuentarium,l.fi.§.fi. C.de iure deliber.vel quãdo prohibi-
ta fuit detractio fal.per testõrẽ, authen.sed cũ testator, C.ad leg.
fal.prout consuluit Raph.in d.consil.61.in fi.& ideo Bald. in d.l.
vnica,docet cautelam,vt vxores,quibus mariti aliquid legarunt,
sint veloces in capiendis legatis antè aditam hæreditatem. Ista
communis sententia non videtur de plano procedere, quia red-
dit istud interdictum quodammodo inane, restringendo ad eũ
casum,quo hæres iure conqueritur de fal. qui casus rarissime cõ-
tingit,vt patet ex præmissis.Sed si facit locum esse falc. adhuc ex
cep.dolo facis,deberet obstare pro tribus partibus,in quibus nõ
est controuersia. quod est expresse contra omnia iura de hac ma
teria loquentia.timore huius difficultatis tenentes communem
coguntur fateri ꝯrium,dicentes ꝑpea esse habendos in conside-
25 ratione tres casus. pmus,quando † certum est esse locum fal. &
tunc cessat interdictum ſm eos. Secundus, quando certũ est fal.
posse detrahi,& tũc cessat interdictum pro tribus partibus. Aut
dubitatur,vt quia ignoratur moles æris alieni, & tunc habet lo-
cum interdictum quantum ad reuocationem totius legati oc-
cupati. Ista distinctio licet sit cõis, non tñ fundatur aliquo bono
iure,imo est ꝯ gñalitatem interdicti.Item scđm membrum con-
funditur ex eo,ꝙ prætor iubet hrdem agentem satisdare de lega
to restituẽdo; vt ĵ.l. fi. quæ certe satisdatio in casu certo frustra
peteretur,& frustra grauaretur hæres,l.hęc stipulatio,§.diuus,ff.
vt leg.no.cauea. Ang. hic hoc forte sentiens aliter distinguit.aut
constat fal. non esse detrahendam, & tunc cessat hoc interdictũ:
aut constat esset detrahendam vel dubitatur, & vtroque casu lo-
cus est interdicto. sequitur Cor. consi. 37.in vlt.dubio, lib.iij.in-
cip. Circa primum. Intelligens quantum ad auocationem to-
tius.ista opinio minus ostendit gñalitatem interdicti,non tamen
vera videtur,ideo Odof.& Old.tenuerunt indistincte interdictũ
competere siue cesset falcidia, siue non, moti per rõnem assigna
tam hic in tex. quia nõ debet legatarius sibi ius dicere occupatis
legatis. quæ ratio stat omni casu, ergo etiam stabit dispositio,
l.illud,ff.ad leg.Aqui.Quid tenendum?Mihi placet ista opi.Old.
Non ob.inquantum tenentes communem respondent, dicẽdo
quod hic reprimitur audacia legatariorum; quæ audacia cessat,
vbi non est detrahenda falc.quia istud negatur, cum sint infini-
tæ aliæ exceptiones.quæ oppni possunt ab hrde ad demonstran-
dum,quòd legatum non debetur, l.iii.§.fi. ff.de adi.leg.l.j.& per
totum,C.de falsa cau.adie.leg.l.turpia,ff.de le.j.& ff.de his,quib.
vt indign. merito semper stat viua ratio,ꝙ non debet legatarius
occupatis legatis sibi ius dicere.Comprobatur,quia ante aditam
hrdi. legata non debentur,l.si nemo,ff.de reg.iur.post aditam ve
ro debentur, & tamen si post aditam hæred. & apprehẽsam pos-
sessionem legatarius occupat legata, tenetur illa restituere,etiam
ꝙ non sit detrahenda falcid.d.l. non dubium.ergo magis tenebi
tur occupãdo antequam sint debita.Ideo concludendum puto,
ꝙ si hæres prætendat velle impugnare legatum, ꝙ indistincte
competat sibi istud interdictum. Si vero solum prætendat velle
detrahere falcid.tunc procedat communis opinio.

SVMMARIVM.

1 *Actionis nomen hodie exprimi non debet in libello; sed debet factum apte narrari.ex quo resultet actio.*

2 *Argumentum a communi practica, & stylo curię, est validum.*

3 *Iudex reijcere potest libellum non factum secundum communem consuetudinem, & stylum curiæ.*

4 *Libellus licet debeat esset certus, & non generalis, nec alternatiuus, nec continens contraria; tamen quãdo incertitudo oritur ex facto aduersarij, admittitur libellus incertus, & generalis &c. Ex hoc inferuntur multa notatu digna.*

5 *Libellus alternatiuus admittitur cõtra obligatum ad factũ, ratio ibi, quia debitor facti non cogitur præcise ad factum, sed præstãdo interesse liberatur.*

6 *Alternatiue agi potest contra possessorem pignoris, vt relaxet pignus, vel soluat debitum, ratio ibi.*

7 *Libellus incertus an procedat, etiam quando actor est incertus facto alterius, quam aduersarij.*

8 *Appellatorius libellus hoc modo, dico sententiam nullam, & si qua est appello, est de iure validus.*

9 *Libellus vxoris petentis seorsum sibi dari alimenta propter sæuitiam mariti, & dotẽ consignari propter inopiam superuenientem, & restitui dotem propter adulterium, an procedat.*

10 *Incertitudo probabilis etiã in facto actoris procedens, non vitiat libellum.*

11 *Actor proponẽs plures actiones ad idem competẽtes in casibus sibi permissis protestari debet, ꝙ non intendit consequi solutionem nisi ex vna. Sed an libellus vitietur omissione huius protestationis. ibidem.*

12 *Petitio hæreditatis datur etiam ad rem singularem.*

13 *Calumnias calũnijs refellere, & cauillationes cauillationib. cõprimere licet.*

14 *Actor cumulans plures actiones non concurrentes, cur audiatur, secus vero si concurrentes ad idem cumulauerit.*

§.Quia autem.

Tres habet partes. In j. narratio facti, ex qua resultat dubitatio.In 2.de
cisio.In 3.decisionis comprobatio.Secunda ibi, bellissime. Ter-
tia ibi queadmodum.Summatur,vt hic per Bar.in tex.ibi,bellissi
me.i.pulcherrime,l.si alius, §. bellissime, ĵ.ꝙ vi aut clã, l.j.§.quæ
tñ vnũ vr̃ obſtare,qa qñ lucrũ eſt radicatũ, par eſt rõ lucri & dã-
ni,ſm gl.in l.i.§.ſi quis ꝑꝑ,ĩ.de itin.actuq; pri.& in l.cũ dotem,§.
eo aũt tꝑe,ff.ſol.mat.Sed rñdeas,ꝙ lucrũ arbitrio alterius depen
dens nõ põt dici radicatum,l.inde Neratius,§.i. ver.ꝙ ſi vno.iun
cta gl.ff.ad legem Aqui. molere.n.dependet ab arbitrio molen-
tium,quibus liberum eſt ad alia molendina accedere,ſi nolint ad
tuum continuare, ſm Bal.in l.i.col.ii.C.de ſer.& aqua. & Pan.in
c.Abbate S.Syluani,de verb.ſign. & in c.ꝙ ad translationem,de
of.dele.Ex quo ſequitur,ꝙ ſi pacto vel p̃ſcrip. tenerentur incolæ
accedere ad tuum molendinum, hmõi lucrum eſſet cõſiderabi-
le,l.vẽditor,§.ſi conſtat,ff.com.pręd.quod voluit Bal. in d. conſi.
464.Qũo autem,& qualiter ius præſcribatur, ĩ.ſubiiciam. Duo-
83 decimo quæritur, † an formula, ꝑ quam ducitur aqua ex flumi-
ne publico, ſit publica vel priuata?R ñdet Bar. priuatam eſſe.Tũ
quia aqua non fluit perenniter per illam,l.i.§.fluminum, ſ.eo.Tũ
quia locus formulę eſt priuatus,ergo & ipſa formula priuata erit.
Nam flumen dicitur priuatum, cuius aqua vel naſcitur, vel de-
fluit per priuatum locum, l.Proculus, ſ.de dam.infe. Et dixi ſ.in
euidentialibus.gurgites ergo,& riuuli ſunt illorum, per quorum
prædia aqua decurrit, ſm Bal.in l.item lapilli,col.i.ff.de rer.di.Et
quãprimum aqua ingreditur fundum priuatum, efficitur ꝓpria
illius,cuius eſt fundus, ſm Bal.in l.cum oẽs, col.ix.de conſti. Ex
84 hoc infertur,†ꝙ inferior vicinus non poterit inuito domino for
mulæ aquam ex illa ducere,quod verum credit Bart. etiam ſi in-
ferior velit ex ea aquam ducere, ſine incõmodo dñi ipſius formu
læ,per tex.in l.in concedendo, ſ.de aqua plur.ar. qui tex.vr̃ in ra-
tione ſui probare oppoſitum,vt aduertit d.Iaſ.hic, qui text.certe
non ob.quia ſatis diminuitur ius dñi liberum,ſi ſeruituti ſubiicia
tur,l.fi.ff.de vſu & hab.Nam cum aqua formulę meæ mea ſit,nõ
cogor de illa gratiã facere, ſed poſſum quolibet illam diuertere,
l.i.§.illud.ĩ.de aq.quot.& æſti.firmat gl.in l.ex meo, & in l.cum eſ
ſet,§.i.ff.de ſerui.ru.præd.Et Bal.in l. ſi manifeſte, & in l.aquam,
C.de ſer.& aqua,& conſ.lxxii.ad euidentiam,li.i.vbi dicit, quod
85 aqua † mea eſt quandiu cohęret ſolo meo, & eam poſſum deri-
uare quo placet,etiam ſi vicina prædia ſiccitatem, vel aliud detri
mentũ patiantur. ſequitur Imo. conſ.cxi. in q.quæ vertitur. circa
86 prin.& d.Ale.conſi.cviii.col.i.lib.ii. Iſtã deci.†limitat d.Iaſ.in l.ii.
in prin.col.fi.ſ.ſol.mat.fauore eccleſiæ & fauore dotis, vt ſi eccle
ſia,vel mulier hẽat dotem conſiſtẽtem in molendino, vel pratis
inferiorib. harũ.n.fauore põt cogi ſuperior pati, ꝙ poſſint aquã
ducere ex ſua formula, quia licet nemo teneatur gratiam facere
vicino nullo p̃cedente ɔ̃ctu,vel occaſione,l.nec creditores,C.de
nouat.Tñ fallit fauore dotis,vt ibi, & fauore religionis, l.ſi quis
ſepulchrũ,de reli.& ſump.fu.Sed dura eſt hæc limitatio,ſi intelli-
gatur de conceſſione gratuita:ſi vero intelligatur de non gratui-
ta,prout loquitur tex.in d.l.ſi quis ſepulchrum,tunc non erit ſpã
87 le fauore dotis vel religionis, cum gñaliter verum † ſit, ꝙ dñs
aquę periturę teneatur eam vendere inferiori, cui aqua illa vſui
eſſe põt,ſm Bartl.Cæp.tit.de ſer.ruſt.præd.ſub rub.de ſer. aquæ
ductus.col.xxvij.Poteſt.n.iudex ex officio ꝓuidere, ne qs re ſua
male vtat̃,§.pe.Inſti.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iu.Cæterum ad-
88 uerte ne erres,quia non vr̃ vera hęc ɔña, quã facit Bar. duco †ta-
quã per fundum vicini ipſo permittente, ergo habeo ſeruitutem
aquę ducendę, cum potuerit vicinus permiſiſſe iure familiarita-
tis,ſeu amicitiæ:quo caſu mihi nõ ẽt acquirit̃ poſſeſſio,l.qui iurę
familia

familiaritatis,s̃.de acqui.poss.Sed esto,ꝙ passus fuerit me ducere
aquam iure meo,non tñ ex vnico ductu,vel pluribus acquiritur
seruitus aquæ ducẽdę,sed requiritur ꝙ ego duxero ꝑ decenniũ,l.
si quis diuturno,ff.si serui.vendic.Et docet Bal.in l.ii. C.de serui.
& aqua.Intelligas ergo ꝯñtiam Bart. procedere duobus concur-
rentib.Primo,ꝙ ego duxerim iure meo. Item & per legitimum
tp̃s.dicor ãt ducere iure seruitutis, quãdo ego credo iure meo du
cere ẽt ꝙ errem,l.i.§.sed si iure aquam debeat,& ibi Bar.j̃.deaqua
quoti.& ęsti.& docet Bar.in l.i.§.hoc interdicto, j̃.de itine.actu-
quæ priua.qđ eo ipso probatur, ꝙ opere manu facto in fundo vi
cini ipsam aquã duco,l.i.§.Iulianus,& ibi Bar.j̃.de itine.actuque
priuato.tradit Bar.in d.§.hoc interdicto,& Pan.in c.bonę,de po-
stu.p̃la.secus si naturali cursu absque vllo meo facto in fundo vi-
cini aqua defluxerit in fundũ meũ inferiorem, l.i.§.denique, & l.
fluminũ.§. item videamus,s̃.de aqua pluuia arcẽ.Declarat Cæp.
89 in d.trac.de aquædu.in viii.q.principali. Vltimo aduerte † ne de-
cipiaris, ꝙ quantum ad interdictum de aqua quoti.& æsti.& in-
terdictum de riuis,non est necesse ꝙ habeã seruitutẽ aquæ ducẽ-
de,sed sufficit ꝙ sim in quasi possess.aquæ ducẽdæ ẽt vnica die,l.i.
§.qđ ãt,j̃.de aqua quoti.& æsti. quantum vero ad ꝯfessoriam re-
quiritur ꝙ hẽam seruitutẽ,d.l.si q̃s diuturno, & l.sicuti, ff.si ser.
90 vẽ.& ita dẽs intelligere Bar.Decimotertio q̃ritur, † an liceat for-
mulam facere per viam publ.rñdet Bar.non licere, ꝑ tex.in l.ser-
uitutes,ii.in §.pe.ff.de ser.ti.gene.Et ꝑ tex.ĩ l.ii.§.tractatũ, s̃.ne qd
in loco pub.vbi ꝓhibetur ne specus,vel pons fiat in via pub.Ad-
de nõ ẽt ꝑmissũ eẽ scalas hr̃e in via publ.s̃m Ang.in l.fi.ff.de ser.
Sed an liceat hr̃e scalas in via publ.sub porticu, vel stillicidio pro
iecto super viã publicã? vr̃ ꝙ sic, ꝑ tex.in l.fi.ff.de serui. vr.prædi.
Contrarium determinat Cæp .in trac.seru. vrb. sub ru. de scalis.
quia solũ qđ est sub porticu,vel stillicidio, publicũ remanet.Silr
91 † non est licitũ hr̃e põticellos appẽsos domibus priuatorũ depẽ
dentes super viã publicã,s̃m Flo.in l.q sella, §.rusticis, ff.de seru.
vrba.præd. & Cæp. in d.trac.sub rub.de põticel.qđ verũ est, nisi
consuetudo aliter obseruet,s̃m Bar.hic.in hoc.n.plurimũ p̃t ꝯsue
tudo,l.an in totum, & ibi gl.C.de ędifi.priua.Sed pro intelligen
92 tia sciendũ est,quæ dicatur via publica? Diceres illam esse publi-
cã,per q̃ publice itur:si ita diceres, a via lõge aberrares, l.i.§.sum
ma cum vtilitate,ff.de his,q deiec.vel effude. quem reputat sing.
Mathe.not.cxii.inc.Nota vnũ singulare ꝯ ignaros libellantes in
interdicto de via publi.Tria.n.requiruntur ad hoc, vt dicatur via
publica.Primum,quòd per eam publice iter fiat.Scđm, quòd so-
lum publicum sit.Tertium,ꝙ nos ducat in ciuitatem, villam,vel
coloniam,l.ii.§.viam,& §.priuatæ viæ,s̃.ne quid in loco publico.
Sed quia ille tex.eas appellat publicas vias,quæ post consularem
nos in villas & colonias excipiunt, disceptabatur superioribus
93 mensibus in ciuitate Massiliæ,†an via, quæ nos ducit ad rura,di-
catur publica, ita ꝙ ꝯ obturãtem illam viã det interdictũ de via
publica? quidam arbitrabant̃ competere ꝑ illũ tex.in vers.villas,
& in ver.colonias,iuxta expositionem Accursii,exponentis colo
nias,i.agriculturas.At ego ꝯrium rñdi,q̃a villa est vrb.præd.col-
lectio,l.vrbana prædia,& l.fundi,& l.locus,ff.de ver.sig.c.ex tuę,
de cler.non resid.Colonia vero dicitur oppidum ex ciuitate pro
pagatum,& a ciuibus inhabitatum,quod prope ciuitatem quan
doque existit,quandoque procul,iuxta illud,
Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.
de qua Tyriorũ colonia,& plurib.aliis loquitur text.in l.i.in l.co-
lonia,in l.fi.ff.de censi.& de Narbonensi, & Tolo.loq̃tur Cicero
in oratione pro Pompeio.Ea ergo via,quę nos ad rura ducit,pri-
uata est & non publica: rura aũt appello etiam domos in agris
existentes causa colligendorum fructuum,l.ii. ff.de seru.rust.p̃d.
94 Decimoquarto quærit Bar.†an liceat habẽti molendinum ĩ par-
te superiori recolligere aquam t̃pe siccitatis inuito dño molendi
ni inferioris? & ꝯcludit licere, quia aqua quousque est in sua for
mula,propria est,l.i.§.illud Labeo, j̃.de aq.quot.& æstiu.Et pro-
batum fuit s̃.in p̃ceden.q.Sed aduerte,q̃a obstare vr̃ quod s̃.dixit
Bar.in iii.opposit.vbi ꝯcludit non licere colligere aquam totali-
ter,ꝙ non reuertatur in flumen, & alueũ suum.Solu.Bart.ibi lo-
quit̃, quando aqua ducit̃ ex flumine nauigabili vel faciẽte aliud
nauigabile: hic vero Bar.loq̃tur, qñ ducitur ex flumine priuato
vel publico,non nauigabili,nec faciente aliud nauigabile. Et ita
declarat Dec.consi. 244. co. pe. Ista cõclo limitatur multiplici-
95 ter.Primo, † vt non procedat, quando inferior prius ꝯstruxerit
suũ molendinũ, per ea quæ dicta sunt in i.q.& ita consuluit Bal.
cons.141. Hæc videtur,lib.ii.Tu ꝯsidera,ꝙ Bal.s̃.in i.q.tenuit, ꝙ
liceat superiori aquam ducere ex flumine priuato, ẽt cũ prę iudi-
cio inferioris, qui prius ędificauit molẽdinũ; quod est directo ꝯ
Bar.hic intelligẽdo,ꝙ loquat̃ in superiori colligẽte aquam priua
ti fluminis.Secũdo limita,nisi pacto cautum sit, ꝙ aqua retineri
non possit,l.j.§.si q̃s hoc cõcesserit, j̃. de aqua quot.& ęsti.quod
est indubitatũ.Nam pacto p̃õt ꝯstitui seruitus aquę ducendæ, &
alia quælibet,§.fi.Instit.de seru.rusticorũ prædiorum. Tertio limi
ta nisi præcesserit contraria consuetudo antiqua, quæ vim pa-
cti obtinet,l.j.§.fi.s̃.de aqua plu.arcen.l.hoc iure,§.ductus aquæ, j̃.
de aqua quoti.& æsti.Et dictum fuit s̃.in ij.q.Et ex hoc colligitur
solutio ad argumentum, ꝙ aqua nõ possit diuerti a solito cursu,
quia debet intelligi a solito cursu antiquo,& præscripto.Et ita lo
quitur tex.in l.præses,& l.si manifeste,C.de serui.& aqua.& in l.
vsum aquæ,C.de aquęduc.lib.x. Quarto limita, nisi inferior p̃-
scripserit seruitutem aquę ducendæ ex formula superioris.l.si
quis diuturno, ff.si serui.vend.& dixi s̃.q.xij. Dicitur autem in p̃-
posito præscripta seruitus, si superior prohibitus ab inferiori a-
quam colligere prohibitioni acquieuerit per decennium, per gl.
in l.qui luminib.ff.de ser.vr.præd.& probatur in c.significante,&
ibi Pan.de app.Nã.n.iuris negatiui consistit in actu prohibitiuo,
s̃m Bal.ĩ l.j. C. de ser.& aqua.Quinto declara,superiore volente
aquam colligere ad suam vtilitatem,secus si ad iniuriam inferio-
ris,l.j.§.denique, de aqua plu.arcen.& l.fluminum, §.pe de dam.
inf. Et optime probatur in l.ij. C.ad leg. Aquil. Decimoquinto
96 quæritur, †quanto tempore perdatur ius prę occupationis aquę
ducendę ex flumine publico? Bart. lato longoque exordio rñdet
quòd destructo ędificio,& aqua reuersa in cursum suum nãlem,
perditur postea spatio decennij, vt hic per eum.Ex cuius dictis,
quæ multum vtilia & magistralia sunt, elicio quatuor conclo-
97 nes.Prima, † priuilegium ducendi aquam ex flumine publico a
Principe,lege,vel ꝯsuetudine concessum perditur per non vsum
spatio decennij,l.j.j̃.de nundi.sicut etiam perditur seruitus aquę
ducẽdę,l.pe.de vsufr.Intellige,si per Principem,aut legem sit d
ta simpl̃r postea s ducẽdi aquam: secus si facultas sit posita in me
ra & libera voluntate priuilegiati, vt si concessum tibi sit,ꝙ ad li-
bitum voluntatis tuę possis facere molendinum in flumine pu-
blico,ita limitat Feli.in c.cũ accessissent,co.x.de const.motus per
id,quod dicit glo.pen.in c.vt priuilegia.de pri.& per id,quod no.
Gem.& alij, in c.fi.de consue.li.vj.& Cald.consi.19. sub rub.de
preben.sequitur Balb.in trac.prescr.iiij.part.v.princ.q.iiij.Limita
secũdo,nisi flumen interim exaruisset, vel preter modum decre-
uisset, aut increuisset, ita ꝙ priuilegiatus non potuerit cõmode
vti priuil.l.& Attillicinus,ff.de ser.ru.pręd.Declara tertio,vt dicã
in seq.conclõne.& ad hanc r̃lam,quòd priuilegium perdatur per
non vsum,late videatis Fel.in d.c.cum accessissent. Bar.& Mod.
98 in l.fi.ff.de consti.prin.Secunda cõclo,†facultas ducendi aquam
ex flumine publico non nauigabili nunquam perditur per non
vsum,quia nõ competit per modum iuris debiti, sed per modũ
facultatis,& ea quę sunt facultatis,prescribi non p̃nt,l.ij.s̃.de via
pub.Tu considera, ꝙ si statutum,vel cõsuetudo dat cuilibet fa-
cultatem ducendi aquã ex flumine nauigabili, p̃tãs hmõi vr̃ cõ-
petere per modum facultatis,cũ passim oĩbus ꝯpetat.Et tñ Bart.
in precedenti ꝯclõne vult, eam amitti per non vsum decennij
spatio.Qual̃r ergo hmõi dicta procedant? Pro intelligentia Bar.
in l.j.col.iij.ff.de cõdi.ex lege, dat talem doctr. qđ nobis a lege cõ-
ceditur pro conseruatione iuris quęsiti non est ius, sed facultas,l.
in re mandata,C.mand.l.si constante, §.si maritus, ff.sol.mat.Id
vero qđ nobis ꝑmittitur ꝓ acquisitione noui iuris,non est facul-
tas,sed ius; vt p̃tãs adeundi hr̃ditatem,quę est ius,qđ ex eo patet,
quia p̃scribi potest,l.licet,C.de iure delibe.Nam si esset facultas,
non p̃scriberetur,quia facultas facti est.sequitur Imo.in l.quãdiu
j.ff.de acq.hęr.dicens illam esse merã facultatem, q̃ deducta ad a-
ctum nullum ius tribuit deducẽti. & tradit Ang. consi.4. Gulie.
& Franc & Barb. consi.52.scripsit sapientię fons, col.viij.& ibi
lib.j.In proposito aũt p̃tãs ducendi aquam ex flumine publico
non nauigabili ꝯpetit de iure gentiũ,ergo ꝑmissio legis est q̃dã
facultas ꝓ cõseruatione iuris ꝯpetentis: p̃tãs aũt ducendi aquam
ex flumine nauigali concessa a lege vel a Principe,est ius, q̃a nul-
li cõpetit nisi concedatur,vt hic in vltimo rñso. Sed iterũ aduer-
te, quia & si hæc p̃tãs ducendi aquam ex flumine nauigabili sit
ius,si tamen a lege vel consuetudine oĩbus ꝯcessa sit, non p̃õt vi-
deri priuilegium,qđ est lex priuata,c.priuilegia,iii.dist.Et cum sit
concessa per viam cõis legis,non debet perdi per non vsum,l.fal-
sum,C.de diuer.rescr. Alioquin sequeretur, quod si intra decen-
nium nullus aquam duxerit,ꝙ oẽs ꝑdiderunt,& sic lex q̃ est sem
per in viridi obseruantia.l.Arriani,C.de hęr.spatio decenni abro
garet.Non puto igitur conclõnem præcedentẽ hoc casu posse iu-
99 re defendi.Cogitabitis ergo. Tertia cõclo, † ea quę iure gentiũ
cõia sunt,p̃scribi non possunt,l.fi.s̃.de vsuc.Istam conclu.restrin-
gunt Ang.& Imo.ibi, vt loca publica non possint p̃scribi prescri
ptione longi t̃pis, sed bene præscribi p̃nt p̃scriptione t̃pis imme-
morabilis,inferentes,ꝙ Veneti,& Ianuenses præscripserunt gul-
fum eorum maris.Mouentur per tex. cum gl.in l. vsum aquæ, &
in l.diligenter, C. de aquæduc.lib.xi.Sequuntur Io.Fab.Ang.&
Io.de Pla.in §.flumina,Inst.de rer.diui.Idem vr̃ velle Bart. in l.in
iuriarum,§.fi.j̃.de iniur.dicens illum tex.facere pro Venetis,qui
longa consuetudine dñt se hr̃e iurisdictionem maris. Et ita con-
suluit Ang.cons.289.Thema tale est.vbi concludit,ꝙ Veneti pos-
sunt interdicere Ianuensibus facultatem nauigandi per eorum
mare rõne lõgissimæ possessionis, per tex.in l. sane si maris,cum
100 glo.j̃. de iniur. Comprobatur, quia prohibita † præscriptione
non censetur prohibita præscriptio annorum,s̃m gl.in §.i.in ver.
p̃scriptione,in Auc.de cætero non fiant commuta.quam ibi not.
Ang.& in l.i.col.vi. C. de anna.exce,sequuntur alii *cõmuniter*, vt
patet ex auth.adductis per Ias.ĩ l.i.col.ix. C. de ser.fug.& d.Alex.
consi.60.omisso multiloquio, ad fi.lib.i. Corroboratur per tex.
in d.l.

in d.l. fi. ibi, præscriptione longæ possessionis. ergo secus in pscriptione longissima, arguendo a contrario sensu, l. j. §. huius rei, ff.
101 de offi. eius, cui manda. facit, †quia et regalia pscribuntur tépore immemorabili, c. super qbusdá, §. pterea, de verb. sig. & dictũ fuit s. in 2. q. sequitur d. Guid. Papæ decis. 514. vtrũ Barones, & dom. Iac. de S. Georg. in trac. feu. in ver. & cõfiscationis. & in verbo, in fluminibus concludentes, quod Barones, & ceteri domini spatio 100. annorum pñt prescribere ius prohibendi piscationes in flumine publico transeunte per eorũ territorium. quæ ɔcłõ videtur saltem procedere ĩ aliqua parte fluminis, vel maris, per tex. in l. si quisquá, ff. de diuer. & temp. pscri. Sed istis nõ obstantibus, ɔ̃riũ verius esse puto, rationibus subsequentibus. Primo præscriptiones fuerũt inuẽtæ ne dñia rerum essent in incerto, l. j. s. de vsuca. In his aũt quæ iuregentium cõia sunt, dñia non pñt esse in incerto, cum semper sint cõia, & publica, semper parata ad vsũ publicum, ergo in eis dẽt cessare præscriptio, l. adigere, §. q̃uis, ff. de iure pa. c. cum cessante, de app. Secundo, quæ iuregentium cõia sunt, in cõmercio nr̃o nõ sunt, l. inter stipulanté, sacrã, ff. de ver. ob. ergo pscribi nequeunt, l. præscriptio. C. de ope. pub. l. vsucapioné, s. de vsucap. Tertio, prohibens ne quis vtatur locis pub. afficit iniuria prohibitum, d. l. iniuriarum, §. fi. & l. 2. §. si quis in mari, s. ne quid in loco pub. ergo pscribere nõ põt, quia cõstat iniuriantẽ esse in mala fide. reg. possessor malæfidei, de re iu. in 6. Quarto, quia text. in d. l. iniuriarum, §. fi. ɔ̃riá consuetudinem vsurpationẽ appellat vti contra nãlem rõnem obtentam, ergo consuetudo non valet. Quinto & vlt. vbi lex resistit pscriptioni, censetur etiam resistere pscriptioni tpis immemorabilis, c. cum ex officio, quẽ ibi no. do. Ant. Pan. & alij, de pscri. & Pan. in c. cum instantia, in 3. not. de cẽsi. & hanc sñiam videtur amplecti Bart. hic, Pau. de Cast. in d. l. fi. Fel. post Pan. in c. accedentes, col. 5. de præscrip. Et hæc sententia verior apparebit, si fundamenta contraria de medio submoueamus. Non obstat ergo, quod prohibita pscriptione non censeatur prohibita præscriptio cẽtenalis, quia verum si res pscribi phibita sui natura sit pscriptibilis: secus, si sui natura sit impscriptibilis; vt quia nõ sit in commercio hoĩum, fm Bal. in l. omnes, in fi. C. de psc. 30. vel 40. ann. & in rub. extra de præscr. col. fi. Non obstat tex. in d. l. fi. inductus a cõtrario sensu, quia tale argumentum non potest ibi vllo modo sumi, quia de iure fforum præscriptio longissima erat incognita, fm glo. in l. qui occidit, §. j. ff. ad legem Aquil. Non obst. etiam tex. in d. l. vsum aquæ: & in l. diligenter, quia respondet Pau. de Cast. in d. l. fi. ꝙ loquuntur in pscriptione aquæ ducendæ in priuato flumine. vel respondetur, ꝙ loquunt in vsu aquę hñte causam continuã, & sic ɔtinuam occupationem quo casu rõne occupationis, non rõne præscriptionis pfertur occupans donec occupat, vt statim dicam. Non denique ob. text. in d. l. si quisquá, quia rñdet Bar. post Pe. & Ray. ꝙ loquit in existẽte in posses. piscandi, qui rõne poccupationis põt aliũ phibere. hãc solutionem improbat d. Ias. quia cum sine possess. non currat præscriptio, reg. sine posses. de reg. iu. sequitur, ꝙ si prohibens in casu d. l. si quisquá, erat in poss. ꝙ pscribit. Et sic pscriptio longi tpis videtur adaptabilis ad loca publica, cuius ɔ̃riũ cõcludit Bar. Sed parcat dñs meus, nõ intellexit mẽtem Bart. qui nõ loquit de quasi possess. iuris piscandi, sed de quasi poss. poccupationis, vt solus possit, dum præoccupat locum, piscari, vt latius comprobaui in l. j. s. de interdi. Sit igitur conclusio, ꝙ cõia iuregen. nullo tpe prescribi pñt. ex priuilegio ergo Principis dũtaxat acquirunt. Et ita intelligitur tex. in d. l. sane si maris, & pbatur in l. 2. §. si qs a Principe, s. ne qd in loco pub. & in l. j. §. permittitur, ff. de aqua quoti.
102 & æsti. & ideo† cautela est, vt is qui possedit loca publica per tps immemorabile, fundet se in priuilegio, nõ autem in præscriptione, quia succumbet. Et si dicat, quõ pbabitur priuilegiũ? Rñdeo, ex posi. immemorabili psumi priuilegiũ si allegeť, fm Bar. in l. cũ de in rem verso, ff. de vsur. & Pan. in c. peruenit, de censi. traditur per Fel. in c. accedentibus, col. 5. de priui. & tetigi aliquid s. in 2. q.
103 Quarta conclõ, †sublato molendino, quod in flumine pub. positum erat, & loco habito pro derelicto, perditur ius præoccupationis & plationis, l. fi. s. de vsuc. exponẽdo disiunctiuam, aut reliqrat pro ɔiuncta, vt exponit ibi gl. iuxta l. sepe, de verb. sig. & hunc intellectum sequunt ibi Doct. vt attestat ibi Imo. & ita consuluit Curt. senior consi. 26. casus proponit, per totũ. Circa istam ɔclõnem aduertendũ est ad tria. Primum, an verum sit, ꝙ requiratur ista duo copulatiuè. Secundum, qualiter dicatur sublatũ molendinum. Tertium, qualiter cognoscat, ꝙ sit habitũ pro derelicto.
104 Circa primum, mihi† videtur ꝙ sufficiat alterum, vel ꝙ sit destructũ, vel quod sit habitũ pro derelicto. Moueor in primis per tex. in d. l. fi. qui loquitur alternatiuè, ad cuius alternatiuæ veritatem sufficit alteram partem esse veram, regu. in alternatiuis, de regu. iur. l. ille, aut ille, de verb. sig. Nec disiuncta debet resolui in coniunctam, nisi nos vrgeat aliqua necessitas, vt late probaui in cap. inter cæteras, de rescri. Secundo moueor per text. in l. quod in litore, supra de acq. rer. dñio. vbi dr̃, quod sublato ędificio locus publicus est perinde, ac si in eo nunquam fuisset ędificatum. Tertio per tex. in l. in tantum, ff. de rerũ diuisione, vbi dr̃ ꝙ diruto ædificio, locus quasi iure postliminij redit in pristinam cãm. Nec ista iura aliud exigunt, nisi quod cesset ædificiũ, & sic occupatio, nõ autem requirũt, quod locus sit habitus pro derelicto. Quarto si incipis a derelicto, statim perditur ius pręoccupationis, & alij cõcedit ẽt ꝙ nõ sit destructũ, l. j. s. pro dereli. Si incipis a destructione, statim redit in pristinam causam, ergo alterum sufficit. Quinto si ius poccupationis non præscribit, vt s. in pceden. ɔclõ. bñ sequitur, ꝙ cessante occupatione pdatur, d. l. si quisq̃, fm *communem* intellectum Bar. & aliorum. & si dixeris, dato ꝙ molendinum sit destructum, non tñ cõstat ꝙ is, qui prius occupauerat, desierit habere animum continuandi occupationem, ergo oportet p desierit reficere per annum vel per æstatem, vt dicit Bar. Rñdeo, ꝙ cũ saluum sit sibi ius de nouo pręoccupandi, frustra quæris an desierit habere animum occcupãdi, vel ne. Iõ infert, ꝙ ẽt post 10 an. post destructionem poterit iterũ reparare, si alius nõ pręuenerit, quia istud est facultatis, vt s. dixi. Et ita ɔsuluit Bal. cõsi. 241. ad finem, lib. 2. Infertur etiam, ꝙ si intra annum alius præoccupauerit, ꝙ amplius refici non poterit. sequitur etiã, ꝙ protestatio facta per priorem, quod non intendit habere locum pro derelicto, sed vult reficere, nõ conseruat ius præcocupationis, quia requiritur factum, id est noua præoccupatio, d. l. si quisquam. & vbi opus est facto, verba nõ sufficiunt, c. primo, de eo, qui mitti. in posses. caus. rei ser. l. seruus, qui hæredi. §. fin. s. de sta. libe. l. cum decem, ff. de solu. Et bene facit, ꝙ dictum fuit s. post Bart. in 5. q. Comprobatur, quia per inundationem perditur possessio, & alij occupanti conceditur, vt firmauit Bart. s. in 10. q. ergo a fortiori debet perdi per totalem destructionem absq; eo, ꝙ habeatur pro delicto. Et
105 in pũcto iuris. ista opi. mihi vr̃ verior. p qua facit, quia† destructo castro, perduntur iura castri, l. si vsufructus ciuitatis, ff. qui. mod. vsusfr. amit. l. pater, §. Tusculanus. & ibi no. Dy. de leg. 3. & glo. in cap. priuilegium, de reg. iu. in vi. & dom. Alex. consi. 44. de celerri
106 ma, lib. j. Similiter destructo † põte, perditur ius exigendi pedagium a transeuntibus modo per aquam, fm Bald. in l. si plures, col. 4. C. de cond. inser. sequitur Bertac. in trac. de gabel. in vi. par.
107 q. 7. & sequen. †Siľr destructo monasterio, vt nunc (proh dolor) euenit in Alemania propter heresim Lutheranam, amittũt iura monasterij, fm Bal. in prooe. ff. co. j. Et bona applicantur superiori tanq̃ vacãtia, fm Pan. in c. recolentes, de sta. mona. & sic Papæ fm Gem. in c. j. in ver. cõfirmatos, per illum tex. in 5. not. de relig. do. in vi. Sed Principes Alemanię vt fertur, personã Papæ induerunt. An autem bona, quæ monachi expulsi adhuc viuentes elargiti sunt monasterio, sint eis restituẽda destructo monasterio? traditur per Panor. in d. c. recolentes, & per Fel. in cap. cum dilecta,
108 col. 22. de rescr. Retenta tamen sententia Bart. quæ est *communis*, quæritur† qualiter ædificium debeat esse destructum? respondet Bart. oportere, ꝙ sit ita dirutum, ꝙ aqua receperit suum primũ cursum. Ista doct. nõ vr̃ vera. fac destructam esse clusam dũtaxat, reuersanq; aquã in solitum cursum, iuxta tex. in l. adeo, §. quod si post. s. de acquir. re. domi. dices ne amissum esse ius pręoccupationis? Certe non: nam si ex ędificio molẽdini, vel aliqbus pparatorijs acquirit ius poccupationis, vt ɔclusum fuit s. in 5. q. a fortiori remanentibus aliquibus reliquijs debet retineri, l. pre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. Dico igitur nõ perdi ius præoccupationis nisi ædificium sit funditus deletum, d. l. fi. in ver. funditus. i. a fundamentis, c. quia sæpe, in fi. de ele. in vi. l. decernimus, C. de sacrosc. eccl. & istud etiã probatur per tex. in d. l. quod in littore, in ver. sublato. i. penitus remoto. l. is qui in puteũ, §. j. ff. quod vi aut clam. Vnde remanẽtibus fundamẽtis, vel aliquibus signis molẽdini, non diceretur amissum ius præoccupationis, quod firmat Cæp. in tit. de aquęduc. quæst. 9. & caut. 327. quia hoc inane. & dicit Cur. sen. consi. 70. circa primum, colum. 3. quod per signa cauamenti retinetur quasi possessio aquę ducendæ. facit, quia remanentibus reliquijs monasterij, vel hospitalis, non dicuntur amissa iura secundum Bald. in capitu. j. colum. 2. de ele. Qualiter
109 autem probabitur, † quod sit habitum pro derelicto? respõdet Bar. si per annum, vel proximã æstatẽ, reficere desierit, ar. l. j. tit. j. sequũtur Ang. & alij in d. l. fi. docentes cautelam, vt non dicatur possessio derelicta, quod fiat ptestatio, q̃ redigatur in publicum instrumentum, quod intendit tenere & possidere locũ dirupti ædificij & alueum fluminis; & ꝙ in signũ retẽtionis possessionis faciat in loco ædificij, & in aliquibus partibus clausuræ plantari aliquos palos. ex istis probabitur, ꝙ non habuit locum pro derelicto, sequitur Curt. in d. consil. 26. & Cep. in alle. cau. 327. quam puto veram non vi protestationis, sed affixionis palorũ, qa per illam inducitur noua præoccupatio, fm Bar. s. in q. 5. iuxta præmis
110 sa quæritur, qualiter† perdatur seruitus aquæ ducendę ex priuato flumine? Bar. hic respondet, ꝙ perditur per non vsum decẽnij inter præsentes, & viginti inter absentes, sicut pdũtur cęterę seruitutes. l. pe. C. de seru. Adde, ꝙ etiam amittitur, si priuatum flumẽ exaruerit, restituitur tamen reuerso cursu aquæ ad suas venas, l. vnus ex socijs, §. fi. cũ l. seq. ff. de ser. ru. prædi. Item amittitur confusione. l. tria on era, ff. eo. tit. Amittitur & alijs modis, de quibus per Cæp. in d. titu. de aquæduc. quest. 10. Et vnus modus traditur
111 per Bart. in seq. quæst. Decimosexto quæritur, †an mutatione aluei perdatur ius aquæ ducẽdę ex flumine publico? Ista quæstio pendet ab intellectu l. hoc iure, §. si aquam, ff. de aqua quo. & ęsti. Antequam veniam ad eius resolutionem expedit scire, quando dicatur

dicatur mutatus alueus. Iureconſ. in l.adeo,§. ſi toto,ſ. de aquir. rer.do.dicit tria eſſe neceſſaria. Primum, ꝙ flumen dereliquerit nãlem alueum.Et ꝙ dereliquerit in totum. Tertium,ꝙ alio loco fluere cæperit.Ex quibus ſequuntur plura,Primum,ꝙ ſi flumen ſolitum ſit reuerti,nõ dicitur mutatus alueus. exemplum in flumine defluente per territoriũ ciuitatis Nurciæ, quod Turbido nuncupatur, quod a mille annis ſolet ſeptennio fluere, & ſeptẽnio ſe occultare.In illo ſeptennio occultationis non dicitur mutatus alueus ꝓpter ↄſuetudinem redeũdi,ſm Bar.in trac. Tyber. in 3.parte, in verbo, relicto. arg.l. nãlem,§. pauonum,ſ.de acqr. rer.do.Secundum,ꝙ ſi circumfluere cæperit flumen,remanente aliqua parte agri ſine vno brachio in antiquo alueo, non dicitur mutatus alueus. poſſe.n. eſt ꝙ per plura loca fluat, & in quolibet retineat nomẽ fluminis,vt Tycinus ꝓpe Papiã, & Padus prope Ferrariam. Iſtis ſic pmiſſis,ad q̃ſitũ rñd.Bar.faciẽdo duas cõclu.

112 Prima,†mutatione aluei vno impetu facta perditur ius aquę ducendæ ex flumine pub.quia mutato alueo cẽſetur aliud flumen, d.§.ſi aquę.in j.rñſ.ibi,quia ei loco, ideſt nouo alueo ſeruitus impoſita non eſt,ſecundum glo.ibi & Bart.hic. Sed certe hic intellectus ſtare non põt, quia ſubiungi.Iurecon. q̃uis is locus meus ſit: quod interpretari nõ poteſt de nouo alueo, qui publicus eſt, & eiuſdem iuris,cuius eſt flumen,l.j.§.ſi foſſa,ſ.eo.& d.§.quod ſi toto. Intelligo ergo illum tex.aliter vt admittatur ius aquæ ducẽdę,ẽt ſi fundus intermedius inter fundum meum, per quẽ ducebam aquã ad molendinum & ipſum flumẽ,meus ſit:qa ei fundo meo non fuit impoſita ſeruitus,id eſt,quia non eſt mihi conceſſum a Principe, ꝙ per illum fundum aquã ducere poſſim ex flumine nauigabili; nec ego poccupaui ius aquæ ducendæ per eum fundũ,intelligendo tex.de flumine non nauigabili.Ex quo infertur, ꝙ multo magis perditur ſi fundus intermedius ſit alienus, quia talis fundus impedit ſeruitutem aquæ ductus,l.qui ſella,§.ſi.ff. de ſer.ruſt. prædio. Et licet dominus illius fundi intermedij ↄſentiat per fundũ ſuum aquã duci,nõn tñ amiſſum ius recuperari põt,quia per illum fundũ non eſt mihi ↄceſſũ ius aquę ducendæ a Principe.Et nũc intelligitis clariſſimè illum text.in j.

113 parte. Sed dubitatur, quid † ſi inter fundũ ſeruientẽ, & nouum alueum,ſit intermedius fundus meus,& ego iure nouæ præoccupationis volo ex nouo alueo aquam ducere per fundum meum intermedium,& fundũ tuũ ſeruientem ad meum molendinum, an poſſim?Bar.hic vult quod non, quia repentina aluei mutatione amiſſa fuit ſeruitus aquæ ducendæ ratio rationis eſt,quia non eſt idem flumen, ex quo debes mihi ſeruitutem aquę ducendæ. Sed conſidera,ꝙ iſta ratio nõ videt̃ vera per tex.in d.§.ſi ex toto, in ver.reuerſum.Nã ſi diuerſum eſſet flumen,nõ diceretur reuerſum,l.i.& per totum,ff.de cap.& poſt.reuer.Defendendo dici poteſt,ꝙ ibi ponitur flumen pro aqua,quæ eſt eadem,licet mutato alueo:ſicut vinum idem eſt mutato dolio. Sed flumen eſt diuerſum,quia vt dixi in euidentialibus,conſtat ex tribus,alueo,ripis, & aqua. Mutatis ergo ripis & alueo, erit nouum flumen, arg.l. ius ciuile,ff.de iuſt.& iu.Sed iterum conſidera,ſi eſt eadem aqua, ergo non videtur extincta ſeruitus eiuſdẽ aquæ ducendæ:niſi dixeris,& ſi ſit eadem aqua,non tamen reperitur impoſita ſeruitus ducendi aquam ex nouo alueo. Stat igitur cõcluſio,ꝙ ſubitanea mutatione aluei perditur priuilegium & ſeruitus aquæ ducẽdę, &ius præoccupationis & prælationis,ſeqtur Bal.in Rub.de rerũ diui.col.pe.Cæp.in d.tit.de aquædu.q.10. Alb.& Ang.in d.§.ſi a-

113 quam.Inferentes, ꝙ mutatione † aluei ſubito facta,perditur priuilegiũ exigendi gabellas a nauigantibus, qa eſt diuerſum flumen. Sed quia fato amiſſum eſt ius,& non culpa. Quæritur, an

115 de æquitate ſit concedenda reſtõ? vr̃, ꝙ ſic per tex. in l.j.§.ſi quis autem.ĩ.de iti.actuq;priua.Et quod per illum tex. dicit Bar.in pce.q.Sed rñde,ꝙ loquitur in poſſe.amiſſa pp inundationem,quæ non mutat rei ſpẽm,l.adeo,§.aliud ſane, ſ. de acq. re.do. Item loquitur ceſſante inundatione; nos loquimur in iure amiſſo interitu rei,ꝙ nullo modo reſtitui poteſt. Melius ergo facit tex. in l. ſeruitutes,§.ſublatũ, ff.de ſer.vrb.pd. Sed dici põt, ꝙ ibi ſpãle eſt pp vtilitatem publicam, & qa ibi non mutatur locus licèt mutetur ædificium. Præterea ille tex.in ver.ſublato,dicit quod perdit̃ ſeruitus vſufru.donec remaneat ſublatum ædificiũ, vt eſt tex.in l.repeti,§.rei mutatione,ff.quib.mod.vſufr.amit.Ergo mutatione fluminis ẽt debet perdi ſeruitus aquæ ductus. Pro hac etiam parte facit tex.in l.vnus ex ſocijs,§.fi. & l.ſeq.ff. de ſerui.ruſt.prædio. Sed poteſt reſponderi, quod ibi non mutatur locus.Item ibi ceſſat impedimentum ſiccitatis fonte reuerſo ad ſuas venas; hic vero mutatur locus nec ceſſat impedimentum durante mutatione.Concludas ergo,reſtõnem eſſe denegandam. Sed quid ſi flu-

116 men † fuerit reuerſum ad priorem alueum, an tunc reſtitutio ſit concedenda?gl.in d.§.ſi aquam.rñdet ꝙ ſic per illum text.quæ dicit ſeruitutem mutatione loci interruptã, non aũt ammiſſam, l.in tradendis,in ver.interpellari, ff.com. præd.ſequuntur Alb.& Ang.ibi,quod verũ putat Cæpo. in alleg.tit. de aquæduc.q.7.niſi tanto tempore ſtetiſſet interrupta, ꝙ decurſa eſt legitima præſcriptio. Sed ego adhuc aduerſus pſcriptionem,reſtitutionẽ impartiẽdam puto,p tex.in d.l.ſi vnus,§.fi.& l.ſeq. Et per ea,quæ traduntur per Panor.& alios,in c.ex tranſmiſſa,de præſcrip.Sed po-

117 ne,ꝙ ager meus†fuerit in totũ occupatus prima mutatione tunc flumine reuerſo repentino impetu in ſuum antiquum alueum derelictus,an mihi ſit reſtituendus? videtur ꝙ nõ,ſed eorum eſſe dẽat,qui ꝓpe ripas pdia hñt,l.adeo,§. ꝙ ſi vno,ſ.de acqui.rer.do. In contrariũ vr̃ caſus in l.ſi ager.j.& l.ſeq.ff.quibus modis vſusfr. amit.per q̃ iura ita determinat Bald.in rub.de rerũ diuiſione,co. añpe.Non obſtat text.in d.§.ꝙ ſi vno,qa loquitur de iure ſtricto, ↄtria vero procedũt de æqtate,bñ facit tex.in l.ergo,§. alluuio,eo.

118 ti.de aqui.re.do. Scda ↄclo,mutatione†aluei paulatim facta,id eſt per alluuionẽ, nõ perdit̃ ius aquæ ducẽdæ nec poccupationis d.§.ſi aquam,in ſcdo rñ.rõ eſt,qa remãſit idẽ flumẽ. Et qa nullus fundus remanſit intermedius, qui ſeruitutẽ impediat, d.l. adeo,

119 §.inſula.Decimo ſeptimo quæritur,†ſi molendinum commune pluriũ dñorum impetu aquæ vel aẽr ſit deſtructũ, quo remedio conſulatur reficienti vel reficere volenti?Rñdet Bar.tribus remedijs ſi ſint ſocij,duobus ſi ſocij nõ ſint,l.cũ duobus,§.idem rñdit ff.pro ſocio,l.ſi vt proponis,C. de ædi. priu. quæ iura dicit multũ no.Franc.Cremen.not.97.Decidi pulchram quęſtionem. Limi-

120 tatur tñ quatuor†modis,vt hic per Iaſ.& per eundẽ in §.ſequẽs, Inſti.de act.Circa primã limitationem,vt illa tria remedia nõ competãt ↄ hæredẽ ſocij, p tex.in l.ſi ſociũ, q in eo.in prin.ff. pro ſoc. intellige quãtum ad actionẽ ꝓ ſocio, quæ fuit extincta morte ſocij,§.finitur,Inſti. pro ſoc. ſecus quantũ ad actionem cõi diuidundo,quæ datur in hæredem,l.item q̃uis,ff.cõi diuidundo.Item ſecus quantũ ad rei vendicationem, quæ ſeq̃t rem, l.j.C. de al.iud. mu.cauſa fac. Idem intellige propter cõtumaciam hr̃dis; ſecus ſi propter contumaciam defuncti ſocius refecerit,qa tunc eſſet acquiſita actio ꝓ ſocio in vita ſocij, q̃ ſemel nata morte non extinguitur,l.actione,§.morte,ver.item dolus & culpa,ff.pro ſoc.Et bene ꝓbatur in d.l. ſocium.ibi,ex facto hæredis faciendã.Circa ſecundam,vt ꝓcedat in refectione neceſſaria,ſecus in vtili p tex.in l.ſi cões ædes,ff.commu.diu.iuncta l.parietẽ,ff. de ſer.ruſt.pd.q iura ita ibi concordantur per Alb.Ang.Pau.& Flor.Et æquum eſt & rõnabile. Sed punctus eſt, quæ dicatur neceſſaria refectio? Iſtud declarat tex.in l.i.§.ædificium, ſ.de impen.in rebus dot.fac. Circa tertiam fall. vt non procedant, quando ædificium eſſet penitus deſtructum,ſm gl.in l.ſingularum, C.de ope.pub.Iſta fal.non videtur vera,per tex.in d.§. cũ duobus, in verbo, reſtituerit,i.q ſublatum eſt repoſuerit, l. 2.§.reſtituas,ſ. ne quid in loco pub. Et licet gl.in d.l. ſingularum, neget ſociũ poſſe cogi nouas ædes extruere,nõ tñ ſequit̃,ꝙ velit eũ non poſſe cogi diruptas reædificare.Et contrariũ vr̃ probari in l.ad curatoris; ſ. de dã.infec. N ſi fauore publico põt quis cogi diruptas ædes reædificare, cer & publico fauore iuncto cum priuato ẽt cogi poterit. Tenen tñ hac fall.intellige eam, qñ ſocius vult iã collapſas ædes reædificare, ſecus ſi ruinoſas velit demoliri, & eas reponere per tex d.l.ſi ędes.Et ita tenet Bart.in l.in parietis, ſ.de dam.infec. Circa quartam vt ꝓcedat, ſi ſocius cõi noĩe reficiat, ſecus ſi ꝓprio is ↄ quẽ,C. de ædific. priua.intellige ſi ſciens cõem rẽ eſſe refecerit,ſecus ſi ignorans,qa tũc repetit impẽſas p retentionẽ vel actione cõi diuidundo,l.in hoc iudicium,ff.cõi diuidundo. Vl-

121 timo quærit Bar.cuius†ſit proprietas molendinorũ,quæ fiunt ſuper nauiculis?Rñdet eſſe illius,qui ea fecit, ſicut etiã eſt nauis ſed ſi de meis,ſ.de acqui.rer.do. Non ob.tex.in l.pen.§.idem ris, eo. tit. quia loquitur in inſula nata ſuper virgultis,quę p ca eſt?nos loquimur in ædificato. Et ſi dixeris,natũ & ædificatũ æquiparari.Rñdet Bar.verum eſt in ijs, quæ cohærẽt alueo. ſec in non cohærentibus. Iſta dicta Bart.mihi non placẽt per ea,quæ dixi ſ.in 10.q.Non tamẽ hãc drĩam inter ædificata, & nata alueo cohærentia,& non cohærentia.Ex qua inferuntur duo,primum

122 ꝙ non eſt licitum applicare†naues,alligare funes, & exiccare tia in nauibus & molendinis deſuper nauibus conſtruſtis, q ſunt ædificantis pleno iure;ſecus in molendinis in alueo fund

223 tis,quia publica ſunt quantum ad vſum,ſm Bar.Secundo†no ꝙ ædificata non cohærentia ſolo,& naues æquiparãtur.Pro q æquiparatione d Iaſ.alle.tex. in l.j.§.ſi quid de naui, ſ.de vi,&

124 arma. vbi nauis æquiparatur vehiculo. Ex hoc infert,†nauem æquiparari prædio ruſtico magis q̃ vrbano,dicens ita tenere Bal. in l.certi iuris,in 4.q.C.loc.Sed Bal.ibi dicit oppoſitum, ꝙ æquiparatur prædio vrbano,per tex.in d.§.ſi quid de naui.Adde, ꝙ ita parte videtur tex.in l. pen.§.fi.ff. de his, qui deie. vel effu.p quem Alber.de Roſ. in 2.parte ſtatutorũ,quęſt. 35. determinat ꝙ ſtatutum grauiori pœna puniẽs aggredientem aliquem ad domum ſuam, habet etiam locum cõtra aggredientem nautam in ſua naui.Et per illum tex.determinant Mod.ꝙ nauta non poteſt inuitus trahi de naui ꝓ debito ciuili,ſicut nec de domo,l. plerique de in ius vocando.& ibi Iaſ.in 6.ampliatione. Contrarium tenet Lud.Rom.in l.j.§.domini,ff.ad Syll.& iſta opi. vr̃ verior,p tex.in d.§. ſi quid de naui. vbi nauis æqparat̃ vehiculo, quod eſt inſtru ruſticũ,l.qui ſella,in prin.ff.de ſeru.ru.prędi. Et quia nauis cauſa negotiandi inuenta eſt, nõ cã habitandi, ergo ęquiparat̃ ruſtico

125 pdio,l. vrbana,in fi.ĩ.de verb.ſig.Et hac rõne infert̃, ꝙ † molendinũ dr̃ pdiũ ruſticũ & nõ vrbanũ, qa in redditu eſt,d.l.vrbana, Et firmat Bal.in d.l.certi iuris, & probat̃ in l. cũ de lanionis,§. idem ↄſultus,ff.de fundo inſtructo, quod credo verum, niſi quantum

molen-

molendinarium ibi habitantem. Et ideo ipse non poterit capi pro ciuili debito in molendino, quia quantum ad eum, molendinum dicitur inuentum ad hab tandum, & ita procedat quod dicit Alb. in d. q.
126 xxxv. & per Ias. in d. l. plerique. Iuxta prædicta dubitatur, an † molendina computentur inter immobilia, vel inter mobilia? Ex prædictis resultat decis. si solo cohæreat, certum est quod sunt immobilia, sicut solum cui cedunt, §. cum in suo. Insti. de re diui. Nam tegulæ reputantur immobiles, quia tecto affixæ, l. eum qui ædes, ff. de vsu ca. & molæ licet rotentur & voluantur ab aqua, aut a vento, computantur inter immobilia, secundum Bal. in c. contingit, col. xvi. de dolo & contu. Omne n. cohærens rei immobili reputatur immobile, secundum Ang. in Auc. de non alie. §. i. Si vero non cohæreant solo, sed nauibus, computantur inter mobilia sicut naues, vt hic per Bar. & probatur in l. Ticius, ff. de acq. re. do. & in l. granaria, ff. de act. emp. Et ex hoc inferuntur plura. Primo quod in legato mobilium comprehenduntur molendina super nauibus constructa. Infertur secundo, quod in molendinis solo cohærentibus poterit consistere feudum, & non in molendinis ex nauium contignatione fabricatis, quia feudum in rebus tantum immobilibus consistit, c. i. §. beneficium, in quibus cau. feu. amit. & docet Bal. in prælud. feud. col. v. Infertur tertio quod molendina nauibus imposita poterunt per tutorem, & prælatum alienari sine decreto, & non seruata solemnitate c. sine excep. xii. q. ii. & in auct. hoc ius porrectum, C. de sac. san. eccl. quia mobilia possunt alienari absque vlla solemnitate, l. lex. quæ tutores, in fi. C. de adm. tu. Adde, quod etiam molendina solo cohærentia, quæ subicent periculo destructionis, possunt alienari sine decreto, secundum Ang. in l. non solum, per illum tex. ff. de peti. hære. & per tex. in l. quod tutores, §. si quod, ff. de admi. tut. & facit text. in d. l. lex quæ
127 tutores, in fi. Vltra Bart. queritur. Primo † an molendinum sine molis dicatur proprie molendinum? Bal. in c. i. §. si quis de manso. de contr. inue. respondet quod non, quia dicitur a molis, ergo sine illis non est proprie molendinum, arguendo ab etymologia vocabuli negatiue, l. 2. §. appellata, & ibi sequitur Alex. ff. si cert. pet. Tu aduerte, quia ista non est etymologia, sed allusio seu deriuatio, quæ longe distat, secundum Bal. in l. conuenticula, ver. re-
128 uertor. C. de epi. & cler. Et licet ipse non dicat, † deriuatio originem verbi, allusio sonum, etymologia veritatem respicit. Nihil aliud est etymologia quam vera locutio, vt habetur apud Quintilianum lib. i. Hinc Cicero etymologiam notificationem appellat. Vnde dico, quod ab etymologia licitum est arguere, sed non ab allusione seu deriuatione, vt probatur in l. prima. ff. de fur. vbi furtum deriuatur a furuo, & tamen dicitur furtum etiam manifestum: sic tutor deriuatur a tuendo, & tamen dicitur tutor, qui non tuetur, & Doctor qui non docet. Vnde molendinum deriuatur a molendo, & tamen erit molendinum si non molat. Et probatur, quia molæ, quarum inferior appellatur meta, & superior catillus, dicuntur instrumenta molendini, l. cum de lanionis, §. idem consultus, ff. de fun. inst. ergo sine instrumentis erit molendinum, quia instrumenta sunt accidentia, non substantia-
129 lia, l. fi. eo. tit. de fundo, &c. Ex istis † infertur ad statutum Papien. quod nullus possit educere molendinum de flumine Ticini in flumen Padi sub pœna amissionis molendini, vt intelligatur de molendino cum molis, non etiam sine molis, quia in pœnalibus est facienda stricta & propria interpretatio, reg. odia, reg. in pœnis. de reg. iur. in vi. quæ ratio non videtur vera, & patet ex prædictis. ideo pro veritate subiicio duas conclusiones. Prima, si quis construi facit molendinum in flumine Ticini non vsurus eo in illo flumine, sed transducturus post constructionem in flumen Padi, cessat pœna statuti, quia non reputatur esse res in eo loco, vbi non est mansura nisi ad tempus, lege. ex facto. magna, de hær. insti. & d. l. cum de lanionis, §. Sabinus, & ita procedat decisio Bal. in d. §. si quis de manso. & consi. 103. Secunda conclusio, si molendinum aliquando fuit cum molis in flumine Ticini, & ibi dominus illo vsus est, si postea sublatis molis transferatur in Padum, habebit locum pœna statuti, quia est proprie molendinum, vt dictum est. Et quia fit fraus legi per remotionem molarum, quod non licet, lege. fraus legi, ff. de legi. & probatur ex his, quæ dicit Bal. in l. non dubium, col. tertia. C. de legi. & do. Iac. de sancto Geor. in trac. de roydis, char. penu.
130 Secundo quæritur, † an vendito castro cum pertinentiis censeantur vendita molendina? Bal. in d. §. si quis de manso. respondet quod sic, sequitur hic d. Ias. per plura. Tu dicas, quod si molendina pertinebant ad venditorem ratione castri, vera erit decisio Bald. Si autem iure priuato ad eum spectabant, non comprehendentur in venditione, secundum Alex. & Mod. in l. iii. in princ. ff. de acqui. pos. & firmat Ias. in l. fi. col. prima. & seq. ff. de const. Prin. Et ad hanc q. videas Corn. consi. 321. In hac, col. pen. lib. quarto. & Soc. in consi. 47. in prin. co. iii. lib. i. An autem venditis omnibus terris & possessionibus sitis in territorio censeantur vendita molendina, traditur per Cor. cons. 63. Licet de pluri-
131 bus, lib. ij. Tertio quæritur, † Ciuitas statuit quod quilibet teneatur molere in molendino ciuitatis sub certa pœna, quæritur an statutum valeat in præiudicium aliorum habentium molendina, quæ propter statutum remanent infructuosa? videtur quod sic, quia in pertinentibus ad rempublicam potest vniuersitas libere statuere, l. omnes populi, & ibi Bart. q. i. ff. de iust. & iur. Secundo per ea, quæ dicit Bart. supra in xi. q. per l. medicus, de ope. lib. & ita consuluit Bal. inter consilia Pet. de Anch. consi. xi. & idem consuluit Ioan. Calde. consi. 21. tit. de const. Sed his non obst. contrarium est verius, quia statutum in odium tertij directe vel indirecte conditum, est officio iudicis rescindendum, l. qui se grauatos, C. de cen. Et a tali statuto licitum est appellare, l. i. §. solet, ff. quando appe. sit. & ita consuluit Pet. de Anch. Ale. & Soc. vt scripsi Re-
132 spons. lxxxviij. Quarto quæritur, † an subditi, qui longissimo tempore sunt soliti molere in molendino domini, cogi possint perseuerare? videtur quod sic, per tex. in c. significante, de appell. In contrarium facit, quia in his quæ sunt facultatis nunquam acquiritur aliqua possessio, l. j. §. denique Marcellus, & l. si in meo fundo, ff. de aqua plu. arcen. Traditur per Pan. & Cano. in c. bonæ, de postul. præla. & in c. cum ecclesia Sutrina, de cau. possessionis & propr. ergo non causatur aliqua præscriptio, reg. sine possessione, de reg. iu. in vj. & ita determinant Pan. & alij in c. abbate sancti Syluani, de verb. sig. & in c. quod ad translationem. de offi. dele. Bal. in l. prima. C. de ser. & aqua. facit, quod de solitis ire ad furnum dicit Cæp. in trac. ser. ru. ti. de furno. & do. Guid. Papa decis. ccxviij. Et quod de macellario dicit Pan. in d. c. significante. & quod de tabernario consuluit Bal. consi. 139. lib. ij. Et quod de Quæstoribus respondet idem Bal. consi. 277. eo. lib. Et quod de proxenetis determinat Pet. de Ancha. consi. 157. summæ prudentiæ. Et quod de curato decidit Cor. consi. 297. lib. iiij. Non obst. tex. in d. c. significante. quia respondetur, quod subditi non possunt cogi ex eo solo, quod sint soliti accedere ad molendinum domini, sed ex eo quod prohibiti aliò accedere, prohibitioni acquieuerunt per longissimum tempus, quia post prohibitionem non dicuntur amplius accedere iure facultatis, d. c. significante. & est doctr. glo. in l. qui luminibus, ff. de ser. rust. præd. Et ideo subdi-
133 ti † prohibiti venari, si prohibitioni acquieuerint per longissimum tempus, poterunt de cætero prohiberi a domino. ita consuluit Deci. consi. 197. in causa inquisitionis. Et ita decidit do. Iac. de S. Geor. in trac. feu. in ver. & cum venationibus. Sint ergo cauti subditi, vt proclamatibus contradicant. Et ita eos instruit Bal. in trac præscr. in iiij. par. v. partis prin. q. v. Ex præmissis † infertur
134 an dominus possit præscribere, vt solus habeat molendinum? & videtur quod non, quia construere moledinum in suo, liberum est cuilibet, l. fluminum, §. fi. ff. de dam. infe. l. quemadmodum, ff. ad legem Aquil. & voluit Bar. ff. in prima & x. q. Et hoc verum est, nisi subditi fuerint aliquando prohibiti edificare, & prohibitioni acquieuerint per prædicta, & ita concludit Bal. in l. item lapilli, q. ij. ff. de re. diui. Pan. & alij in locis præall. & sic præscriptione acquiritur ius prohibendi subditis, ne faciant aliud molendinum: acquiritur etiam transactione, §. fi. Instit. de ser. ru.
135 præd. Super quibus transactionibus sæpe disceptatur. Ideo † quæro, si non appareat de prohibitione, sed constet de transactione. qua cautum est, quod subditi teneatur dare domino vicesimam pro molitura, an vigore huiusmodi transactionis poterunt subditi cogi molere in molendino domini? Ego alias respondi, quod non, quia iure facultatis subditi accesserunt ad molendinum. Non ob. transactio, quia non est bona consequentia, subditi tenentur soluere molituram ad rationem vicesimæ, ergo tenentur accedere ad molendinum in molendino domini. Do instantiam, Transeuntes per pontem Rhodani tenentur soluere solidum pro pedagio; non sequitur, ergo tenentur accedere, sed bene sequitur quod si accesserint, poterunt cogi soluere tantum
136 pro molitura. Item quæro, † an concilium vniuersitatis seu sindici de mandato concilij possint obligare singulos ad molendum eorum blada in molendino domini? Pro decisione videas quæ abunde scripsi post Bart. in l. iiij. §. actor, supra. de re iudi. Quin-
137 to quæritur. † Duo sunt condomini habentes territorium & aquam communem, vnus vult facere molendinum solus & suo nomine proprio, alter vult participare & contribuere in impensas, quæritur quis habeat potiora iura? videtur, quod is, qui vult solus construere, sit præferendus, qui vult vti aqua ad vsum destinatum, l. in tantum, §. in commune sepulchrum, ff. de re. diui. In contrarium facit, quia regula d. §. in commune sepulchrum, procedit quando alius non vult pariter vti re communi; secus si vterque velit vti ad vsum destinatum, quia tunc debent concordare in vtendo, alias se mutuo impediunt, l. si cuius, §. fi. ff. de vsufr. & l. duobus, §. fi. ff. quemadmodum ser. ami. Et ita declarat Flor. in l. Sabinus, ff. commu. diuid. & do. Alex. post alios in l. ij. §. ex his, co. pe. de verb. obl. & consi. 18. visis, & consi. 25. attentatis, lib. v. Et ista opi. verior videtur per ea, quæ tradit Deci. consi. 249. in ca-
138 su. Ias. & Socy. in consi. statim allegam. Sexto quæritur, † Tres habent molendinum commune, duo volunt locare pro xxx. salmatis, tertius vult habere xl. alius vult retinere partem suam; videtur quod factum a maiori parte debeat præualere, l. quod maior, ff. ad municip. l. maiorem, ff. de pact. contrarium determinat Bal. in d. §. si quis de manso. per tex. in l. per fundum, ff. de ser. ru. præd. Hanc decisionem non admittit d. Ias. eo. casu, quo molendinum esset solitum locari per id quod decidit Bald. in l. prima ad fi. C. qui

qui testa. facere poss. vbi vult, quòd in rebus solitis locari, præfe-
ratur qui vult locare, ei qui vult retinere. Tu aduerte ad duo. Pri-
mo, quia decisio Bal. loquitur in domo, & sic in prædio vrbano,
in quo non cadit retentio pro parte vnius sine incommodo alio
rum: secus videtur in prædio rustico, & sic in molendino, in quo
potest vnus retinere suam partem emolumentorum sine incom
modo aliorum. Et ita distinguit Pau. de Cast. in l. & hæc distin-
ctio, §. fi. ff. loca. ar. l. si communes ædes, de nego. ge. Secundo ad-
uerte, quia in pũcto huius quæstionis vnus non vult præcise re-
tinere partem suam, sed pluris locare; quo casu conductor alia-
rum portionum potest faciliter concordare, conducendo illius
partem aliquo pluri. Bal. vero loquitur, quando vnus vult retine-
re, & nullo modo locare. reperio Soci. consil. lviii. in causa An-
dreoti, li. iiii. dicentem, quod si molendinum sit solitum locari,
& pretium sit honestum, cogitur alius consentire locationi; quę
sententia videt perhumana: contraria tamen stricto iure verior.
139 Sed quid † si duo velint locare Titio, alius Sempronio? Ang. in
d. l. prima. distinguit: aut vnus vult locare personæ honestæ, alius
personæ inhonestæ; & præfert qui vult locare honestæ, l. non ali-
ter, cum glo. ff. de viu, & habita. Sed si omnes velint locare per-
sonis honestis, & sic vti re communi ad vsum destinatum; si non
poterunt concordare, iudex interponet officium suum, d. l. si cu-
ius, §. fi. comprobat Socy. in d. cons. lviii. quia cum ratio prohibi-
tiua d. l. Sabinus, ita limitet in vno, sicut in alio, nemo potest hac
ratione conuinci, l. sed & milites, ff. de excu. tut. Sed quid † si duo
140 velint locare eorum portiones Titio; alius vult retinere suam, &
inſtrumenti appareat interrogationẽ ſubſecutam, deci. Iaſ.erit
indubitata:ſi autem non appareat, ſua deciſio periculoſa uide-
tur,ꝑ text.in d.§.j.& per doct.Bal.ibi.Secundò aduerte,qa ſi uer
bũ,promiſit,intelligatur ꝑ ſtipulationẽ,& ſic, ꝙ ꝓceſſerit iterro
gatio,quamuis de interrogatione non appareat,quanto fortius
vbi apparet đ interrogatione,licèt dubitetur,vtrum,præceſſerit
29 necne.† Secundo not. ꝙ actus reqrentes loquelã non poſſunt
fieri a muto.ad idem text. in §.mutum,Inſt.de inut.ſtip.Ex hoc
30 notabili inferuntur plura.Primo,quòd † mutus non poterit ali-
quẽ audire in ꝯfeſſione pœnitẽtiali,qa in cõfeſſione requirunt̃
uerba abſolutionis,c. quem pœnitet , de pœnit. diſt.j. Infertur
ſcđo,ꝙ mutus nõ poterit baptizare,qa in baptizãte eſt neceſſa-
ria uerborũ expreſſio,c.pe.de baptiſ.firmat gl. Arch. & alij in c.
detrahe.j.q.j.Tertio infertur,quòd mutus non poterit celebrare,
qa in ſacramẽto euchariſtię ex pte ꝯficiẽtis reqrunt̃ uerba,c.cũ
Marthæ.de celeb.miſſa.mut⁹ tñ pt̃ ſuſcipere euchariſtiã, qa nõ
reqrit̃ de neceſſitate,ꝙ recipiẽs dicat , Dñe non ſum dignus,c.
31 is,xxvj.q.vj.Quartò infertur,ꝙ † mutus non pt̃ chriſmare, quia
in chriſmate non ſolũ vnctio in frõte,ſed ẽt forma uerborũ exi
git̃,videlicet ſigno te ſigno crucis,ſm Arc.in c.illđ,xcv.diſt. ſed
ꝯriũ fortè uerius,& ꝯtrariũ tenet idẽ Arc.in c.nouiſſimè , de ꝯ-
32 ſec.diſt.v.† Quinto ĩfert̃,ꝙ mut⁹ non pt̃ cõferre ordines, in qb⁹
33 conferendis op⁹ eſt loqla.c.pñ,de ſcruti.† Sextò ĩfertur, ꝙ mut⁹
nõ pt̃ pſtare authoritatẽ,& decretũ interponere , qđ uerbis ex-
pſſis interponẽdũ eſt,ſm gl.& Bar.in l.iij.ff.de auth.pſtã. & Bar.
in l.j.§.mutus,ff.de tute.Qđ intellige,vt ꝑ Bart.in l. mandata,in
iij.oppo.C.mand. & d. Iaſ. in l.j.C. qui teſta.face. pñt. Septimò
34 infertur,† ꝙ mut⁹ nõ pt̃ eſſe teſtis,qa in ferendo teſtimonio op⁹
eſt expreſſione vocis , ita tenet Io. Fa.in §. teſtes,Inſtit. de teſta.
35 ſed ꝯtrarium ueri⁹,vt ꝯ.ſubijciã.Intellige modò & † declara, vt
procedat in caſibus,in qbus requiritur loquela ex parte vtriuſ-
que,vt hic;ſecus ſi reqratur loquela ex parte vnius tm̃,vt in ce-
lebrãte,& in ſuſcipiẽte euchariſtiã,ut ſtati dixi. Qđ facit ad ſta-
tutum

tutũ puniẽs alloquẽtẽ bãnitũ,vt ẽt ꝓcedat in alloquẽte bãnitũ
mutum.Scđo intellige,qñ loquela requiritur pro forma, q̃ põt
36 adhiberi ꝑ aliũ,vt hic per ſuum;& in baptizato,† qui ſi neſciat
loqui,p̃t rñdere ꝑ patrinũ;alias non,c.paruuli,de cõſecr.diſt.iii.
& illud Euãgelicũ,ætatẽ hẽt,de ſe ipſe loquatur,qđ reputat ſin-
gulare Roma. ſingu.liiii. ſed ſi talis forma non poſſit adhiberi,
per alium poterit mutus actum celebrare nutu vel per ſcriptu-
rã.Exemplũ in confeſſione, ĩ qua reqritur loquela ẽt ex ꝑte cõ
fitẽtis,d.c.quem pœnitet.poterit mutus nutu ꝯfiteri vel per ſcri-
pturam,ſecundum Pan.in c.omnis vtriuſque ſexus,de pœni.&
remiſ.& in iſtis terminis ſaluatur opi.gl.c. qualis,xxx.q.v.quam
37 ita intelligũt Pan.& Fel.in d.c.de teſtibus.Hinc mutus † poteſt
teſtimonium perhibere nutu vel ſcriptura,qa nõ p̃t ꝑ aliũ teſti-
ficari.Alioq ſciẽtes loq nõ recte deponũt ꝑ ſcripturã uel nutũ,
c.teſtes,iii.q.iiii.& eſt *cõmunis* opi.ſm Pan.& alios in d.c. de teſti
bus,quicquid dixerit Bar.in l.Theopõpus,de dot.præleg.s̃.Hic
38 eſt,† ꝙ pp neceſſitatẽ põt adimpleri forma per æquipollens,vt
probat Alex.in l.i.col.fi.ff.de libe.& poſth.& Fel.in c.dilecta,co.
xvii.verſ.limita vii.de reſcrip.& ꝓbatur in c.ſtatuimus,de offic.
delega.Tertiò intellige in muto totaliter:ſecus in mutaſtro,ſm
gl.in l.mulier,ĩ.e.& in d.c. detrahe.j.q.j. Tertiò no. quòd ſurdus
39 † non põt ſtipulari,quia requiritur,ꝙ vterq; loquatur cũ intelli-
gentia,ſurdo aũt fruſtra canitur. Intellige ĩ penitus ſurdo, ſecus
in ſurdaſtro,l.j.§.fi.s̃.ti.j.Intellige ſurdaſtrum,qui alium claman
tẽ ad faciem audire põt:ſecus ſi tantũ põt audire cũ ſuper cere
brũ acclamantẽ.Et hoc mõ ꝯcordari dñt duo iura,vcʒ text. in
d.§.fi.vbi ſurdus,qui oĩno non exaudit, non põt ſtipulari, & tñ
tex.ĩ l.qui diſcretas,C.qui teſt.fa.poſ.dicit neminẽ eſſe tã ſurdũ,
qui nõ audiat,ſi acclameẽ ei ſuper cerebrũ. Sed dubitaẽ an is,q
non audit verba,ſenſum tñ intelligit per motũ labiorũ,vt facie
40 bat † d.Nellus de Eugubio,poſſit ſtipulari?Rñdet Bar.nõ poſſe,
quia requiritur,ꝙ ꝑ ſenſum auditus ꝑcipiatur intell'ſ verborũ,
iõ non ſufficit,ꝙ ꝑcipiatur per aliũ ſenſum,l.j.ff.de his,q̃ in teſt.
del.cũ Bar.tranſeunt alij,ſolus Lu.Ro.firmat op.ꝑ tex.in §.fi.e.l.
ſed ibi percipiebat verba loquentis ꝑ interpretẽ:in caſu nr̃o nul
lo mõ audiebat.Mihi placet opi.Lud.quia qui percipit ſenſum
uerborum pp motũ labiorũ,verũ eſt dicere,ꝙ intelligit mediã
te loquela alterius,ſicut qui intelligit per interpretẽ.iſtud eſt,qđ
voluit dicere Lud.ꝙ motus labiorũ eſt interpres uerborũ.Con
firmatur,quia vterq; loquitur,ergo ualebit ſtipl'o. Nõ ob.ratio,
qm̃ exaudire ſe adinuicẽ debent,quia uerbũ,exaudire, poniẽ ꝓ
intelligere,non aũt aurib.audire:alioqn rõ non bñ ꝯueniret in
fanti,qui audit.& bene facit tex.ĩ l. quicquid aſtringẽdę,§.fi.ĩ.e.
41 Sed quid † ſi quis ꝑcipiat aurib.ſonũ uerborũ,nutu vero ſenſũ?
Rñdet Bar.hunc rectè ſtipulari,ꝑ tex.ĩ §.ſi quis ita,ĩ.ea.l. ſed cer
tè ex illis uerbis,qd ni,q̃ idẽ ſonãt,qđ,cur non,audiẽs ꝑcipiebat
aurib.tã ſenſum,q̃ ſonum.Scđo ꝑ tex.in d.l.i.§.fi.ĩ.ti.i.ſed loqtur
in ſurdaſtro,qui auditu percipit ſenſum.Tertiò mouetur ꝑ tex.
in §.fi.ea.l.qui minus facit,quia ibi medio interpretis intelligen
tia loquentis repręſentatur intell'ui audientis,cum Bar.tamẽ ꝯ
currit cõis opi.Pro qua facit,qa lex diſponẽs ſtipl'onem non ua
lere,niſi auditu percipiatur ſenſus,non cẽſetur excludere caſũ,
quo ſenſus ꝑcipitur ꝑ auditũ? & nutũ ſil'. iſtud ꝓbat in ſil'i Bar.
42 quẽ alii ſequũtur in l.certi ꝯdõ,§.j.ff.ſi cer.pe.Vbi ſtatutũ † ꝓhi
bens,ne ꝯ inſtr̃m admittatur ꝓbõ,niſi ꝑ aliud inſtr̃m, non cen
ſetur ꝓhibere ꝓbationẽ per teſtes & inſtr̃a ſil', qa caſus mixtus
non includitur ſub vno ſimplici,l.ij. in prin.ĩ.eo. Bñ facit deciſ.
d.Ant.de Bu.quã refert & ſequitur Fel.in c.fraternitatis,col.vi.
de teſti.& iſta opi.Bar.ꝓcedit ſine dubio,ſi teneamꝰ opi.Lu.Ro.
in pręced.Contrariam ſñiam tenẽt Raph.Soc.& Iaſ. hic ꝑ iſtũ
tex.& in d.l.i.§.fi.vbi dicitur, ꝙ partes dñt uerba exaudire,i. au-
dita intelligere,ſm eos.Scđo per tex.in d.l.i.de his,quæ in teſta.
del.ſed intelligendo cõem opin.in caſu, quo ex nutu ſolo non
habeatur ſenſus,niſi iungatur auditus, vt in Alemano loquen-
te cum Gallo lingua materna,quæ ex ſignis ꝯprehenditur,tũc
valebit ſtipl'o:quia per ſigna repræſentatur intelligentia uerbo-
rũ,quorũ ſonus fuit auditus,ſicut repræſentatur per interpretã-
tem;& hoc modo Bar.bene allegauit tex.in d.§.fin.& tunc non
ob.ꝯria,quia uerũ eſt dicere ex auditu ſignis certificato ꝯhẽtes
intelligere.Nec ob.text. in d.l.j. quia ibi non poterat litera legi
aliter q̃ per ſenſum uiſus.Contra etiam cõem ſñiam adducitur
per Iaſ.glo.in §.i.ĩ.ea.l.ad quam reſpon.vt s̃.dixi in rub. Vltimo
ex his dictis Bar.Pau.de Ca.infert vnum in practica vtiliſſimũ,
43 teſtem † non ꝓbare ſi deponat de ſenſu guſtus ſuper eo, quod
ꝑcipitur alio ſenſu.ita ꝓbat tex.in d.l.i.de his,quæ in teſta.Limi
tat tamen,vt nõ ꝓcedat in teſte deponẽte per ſenſum viſus,qui
eſt cõis ad oẽs ſenſus,ſecundum gl.in c.teſtes,iii.q.ix.& Bar.in l.
ſi Titio,ff.de leg.ii.& d.Alex.hic, qui alia adducit. ſed tu aduer-
te, quia Bald. in rub.C.ſi ex fal. inſtru. col.i. in terminis noſtris
tenet ꝯrium,dicẽs nõ ꝓbari ſtipulationẽ per teſtem deponẽtẽ,
ꝙ uidit Titiũ ꝓmittere.& ꝯ hãc fallẽ.vr̃ tex.ĩ c.cãm, & ibi not.
Fel.in v.not.de proba.& in contrariũ obſtat, ꝙ probatio dubia
non releuat ꝓbantẽ,c.in p̃ntia,de ꝓba.l.non hoc,C.vñ legi. ſed
ſi viſus adapteẽ ad oẽs ſenſus, poſſitq; intelligi de ſenſu intelle-
ctuali,non dẽt magis trahi ad illum ſenſum, per quem fundaẽ
44 intentio producentis, quã ad alium.Pro cõcordia † diſtingue;
aut loquimur in materia,in qua ſenſus uiſus habet implicitum
ſenſum requiſitũ ad actum,& tũc ꝓbatio concludit,qa ſufficit
teſtẽ deponere per ſenſum implicitũ,& virtualiter elicitũ, ſecũ
dum Bal.in l.ii.circa mediũ,C.de tẽp.app.ex quo infertur,ꝙ de
ciſio Bal.in d.rubr.non ur̃ uera.Aut ſenſus uiſus non hẽt impli
citũ ſenſum,de quo agiẽ;ut ſi dicaẽ,ſcio unũ eſſe bonũ, quia ui-
di,tũc ꝓbatio non ꝯcludit.& ideo dicebat Bal.in l.ſolã,C.de te
ſti.rõnem aſſignatã.quia uidi, non eſſe bonã,niſi ſenſus uiſus ſit
multũ uicinus ſenſui requiſito ad actũ.ita ꝯcor.Fel.in c.cũ cau-
ſam,col.vi.de teſtib.& ita tenẽdo rñdeẽ ad regulã c. in p̃ntia, ꝙ
rõ teſtis declaraẽ ex dicto,ſecundum Bart.in l.ii.C.de pericu.no
45 mi.lib.xj.Quartò not.ꝙ † infans non põt ſtipulari.ad idem tex.
in l.i.§.j.s̃.ti.i.& l.milites,ĩ.eo. ratio aſſignatur in tex. Ex qua in-
fertur,ꝙ infans non dicitur audire uerba,quæ non intelligit,l.i.
C.de falſa mo.nec loq uerbis ſine intelligentia ꝓlatis,faciunt q̃
dixi s̃.in ſummario,& hoc planũ eſt in diſpoſitione legis requi-
46 rentis auditũ uel loquelã.Sed † an idẽ in diſpoſitione hominis
dubitari p̃t.Panor.in c.auditis & intellectis,de elec.& in c.audi-
tis,de præſcr.determinat,ꝙ non per illa iura,inferens ad depoſi
tionẽ teſtis dicentis,ſcio qa audiui legi inſtrumentum, vt non
ꝓbet.ſed iſta illatio nõ ur̃ mihi uera,& cõtrariũ vult Bar.in l.i.
47 ff de autho.tut.qa † rõ teſtis declaraẽ ex dicto,ut dixi s̃.& uolũt
Pan.& Fely.in proę.Greg.col.v.ſufficit.n.ꝙ rõ teſtis concludat
indirecte ſicut directè,& tacitè ſicut expreſſe,ſecũdum Bal.in l.
data opa,col.viii.C.qui accu.nõ poſſ.& ſic concl'o Pan.nõ pro
cedit in dictis teſtiũ deponentiũ de auditu ꝑ modũ rõnis. Item
non procedit in actu,q uroſil'iter ſolo auditu intelligiẽ abſque
difficultate,c.quanto,c.quoſdã,de p̃ſump.& eſt de mẽte Fel. in
d.proę.Greg.col.vj.Itẽ nõ procederet in uerbis Notarii,ne aliàs
in falſum incidat, ſecundum Bar. in l. diem proferre,§. coram,
ff.đ arb.iſtud not. fallit in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore,
48 l.ſeruũ,ĩ.rem pup.ſal. de qua ĩ. poſt glo. Quinto no.ꝙ † abſens
non poteſt ſtipulari.ad idem tex.in §.itẽ uerborũ.Inſti. de inut.
ſtipu.rõ aſſignaẽ in tex.Iuxta iſtud nota. q̃rit Bar. an exiſtẽtes in
diuerſis locis,non ſe uidẽtes poſſint ſtipulari ſi clamãdo poſſint
ſe inuicẽ exaudire?Reſpõ.eos recte ſtipulari. & ita tenet gl.in d.
§.item uerborũ,per tex.ĩ l.patri,§.eod.aũt tecto,ff.ad Syll. & ſic
dñr præſentes,q p̃nt ſe exaudire.& ita uult gl.c.teſtes,i.q.ix.not.
diligenter, qa vtilis eſt deciſio,& ex ea plura inferri p̃nt.Primo
49 infertur,ꝙ † cęci poterũt ſtipulari,qa non reqritur, ꝙ ſe inuicẽ
videant,ſecundum Bar.hic,& d.Alex.cõſi.12. col.ii.lib.i. Infer-
50 tur ſcđo, ꝙ † ſtipulatio poterit fieri de nocte abſque luminari-
bus;quod certũ eſt de nocte,l.non minorẽ,C.de tranſac. ſed,ꝙ
ſine luminaribus,uideẽ contra doc.Bar.ibi *communiter* approba-
tam,ꝙ requiranẽ tria luminaria,ꝑ text.in l.i.§. tria lumina,ff. de
ventr.inſpi.ſed reſp.quòd luminaria non requirantur ad ſubãm
actus,ſed ad effectũ ꝓbationis,vt teſtes poſſint cognoſcere par
tes.Ex quo infertur,ꝙ ſi teſtes haberent notas voces ſtipulãtiũ,
valeret eorũ depoſitio,qa de neceſſitate nõ reqritur, ꝙ teſtes vi
deant contrahentes,ſecundum Bar. & alios *communiter* in l.ii.§.
Labeo,ĩ.de aqua pluuia arcen.& gl.in d.c.teſtes.Pan.& Fel.in c.
p̃terea,de teſti.imo valet contractus abſq; teſtibus, & poterit ꝓ
bari ꝑ delationẽ iuramẽti,iuxta l.manifeſtæ,ff. de iureiur. vel ꝑ
ſpõtaneã confeſſionẽ,iuxta gl.in auct.ſed iã neceſſe,C. de don.
51 ãn nupt.Tertio inferẽ,ꝙ teſtes dicentes † ſe fuiſſe p̃ſentes, recte
deponũt,modò audiuerint ꝯhentes,licèt non viderint, ita vult
Bart.& notabis,qa ꝯriũ videtur voluiſſe Bar.in l.ſi non ſpãli,C.
52 de teſta.† Quarto infertur ad ſtatutum,ne quis alloquaẽ mona
chã in monaſterio ſine licentia Abbatiſſæ ſub pœna excõica-
tionis,iuxta text.in c.monaſteria,de vita & hone.cleri. vt intel-
ligatur etiam punire alloquentem monachã ad feneſtram uel
oſtiũ,qa propter loquelã diciẽ p̃ns in monaſterio.Bñ facit quod
no.Bar.in l.qđ ait,§.i.ĩ.de adult.vbi ſagittans exiſtentẽ in alieno
territorio,dicitur delinquere in loco,vbi mittiẽ ſagitta.Idẽ dici-
mus de pulſante campanã illicitè,vt dicaẽ delinquere in loco,
ad quem ſonus campanæ porrigitur,ſecundum Pan. in c. cum
53 inter,vlt.nota.de conſuet.Quinto infertur, quòd audientes † di
uina extra eccleſiam ita conſequantur indulgentiã conceſſam
intereſſentibus diuinis in eccleſia,ſicut exñtes in eccleſia,ita ꝓ
bat doc.Bar.& bene facit text. in d.l.patri,§. eod. ãt tecto. & ita
determinant Card.& Imo.in clem.i. de reliq. & vene. ſanct.Iu
54 xta iſtud not.quæritur etiam,† qd ſi exiſtentes in diuerſis locis
audiãt ſonum verborum,ſenſum vero non percipiant,niſi per
intermediam ꝑſonam,an valebit ſtipulõ?Crederẽ, ꝙ ſic,ꝑ tex.
55 in §.fi.ĩ.ea.l.& ꝑ ea,q̃ dixi in pręce.not.Deniq; dubitaẽ,quid † ſi
duo teſtes deponant de interrogatione, alij duo de rñſione;an
debeãt ꝯiungi ad ꝓbandum ſtipulationem?uidetur,ꝙ nõ ꝑ id,
qđ decidit glo.in d.c.teſtes.Tñ parum facit, qa ibi neutra pars
integrè ꝓbatur.melius facit deciſio Bal.in l.obſeruare, col.fi.C.
quorũ app.non recip.& in l.cum antiquitas,C.de teſta. Pro ve-
ritate habenda uideas Fely.in c.licet ex quadam,§.fi.col.ii.đ te
56 ſti.Sextò not.ꝙ ſcribens † literas,vel mittens nuncium,non di
citur ꝓprie loq.ad idem allegaẽ,tex.in l.miles ad ſororem,uerſ.
ac ſi defunctus cũ eo loqretur,ff.de leg.ij.iuncta regula, qđ nul-
lum

lum simile est idē,l.quod Nerua,ff.depo.sed nec hic, nec ibi ꝓbari uidetur.Non hic,q̃a nō dñr absentes simul loqui:sed non negatur,qn absens loquatur,nisi dixeris,ꝙ si dicat̃ loq scribens literas,sequeretur,ꝙ si recipiens recipiēdo loqueretur, ualeret stipl'o,q̃a simul loquerentur.Not. ēt ibi in d.l.miles,q̃a uerbū, cum eo,intelligitur de grauato, non de sorore, ad quam missa fuit ep̃la.Item ibi q̃ritur,an scribens post mortē dicatur loqui, nō āt in uita.Tertio allegatur tex.in l.j.ff.quod iussu.sed pōt r̃ndeΓi,ꝙ sicut iussus fit tripl'r & ꝓprie,uerbis,literis, & nūcio, ita ēt proprie dicatur tripliciter loqui. Quarto allegatur tex. in l.
57 Paulus,§.fi.j̃.de lega.per quē not.ibi Bar.ꝙ†prohibitus aduocare,non censetur ꝓhibitus allegare in scriptis.Sed Are.respō. ꝙ nec ēt ibi prohibetur allegare uiua voce,dūmodo gratis:nam si gratis non allegaret in scriptis,nō procederet decisio Bar.& reperio,ꝙ illam reprobat Io.de Ana.in rub.đ magistr.Ang.ī l.j.§.postulare,ff.de postu.& Fel.in rub.de fide.instr.co.vj.Quinto adducitur tex.in c.ubi periculū,§.nulli, de elec.in vj.sed potest dupliciter respōderi.Primo,ut dixi statim.Secundo,ꝙ ibi ponunt̃ ut diuersa qualificatiuè,non simpliciter.sunt enim diuersa in illa qualitate secrete loqui,nō aūt in simplici loquela.Sexto ego adduco tex.in c.ego N.đ iureiur.vbi dicitur aliud esse cōmunicare secreta ꝑ se,aliud per epistolā,uel nūciū.Pōt r̃nderi,ꝙ tex. nō negat scribentē ꝓprie loqui,licèt neget, ꝙ dicatur ꝑ se manifestare,unde induco aliter. Dicitur ibi,ꝙ scribens,uel mittēs nūcium,non dicitur ꝑ se manifestare,ergo nō dicitur ꝓprie loqui,qui loquitur per epistolam,vel nuncium.Quia qui per aliū facit,non dicitur proprie facere,l.j.§.deiicere, ff. de vi, & vi armanisi dixeris,ꝙ proprie facit, qui mediante ep̃la uel nuncio facit,ꝓut concludit d.Alex.in l.3. §.si quis procurator, ff.quod quisq; iur.unde ibi probatur,ꝙ sunt diuersi modi manifestādi, tñ semper dicitur ꝓprie manifestatio.Ex isto not.inferūt Doc.
58 ad mittentem literas†uel nunciū bannito,ꝙ non incidit in pœnam statuti prohibētis,ne quispiā loquat̃ cū bannito,q̃a uerba statuti sunt ꝓprie intelligēda,l.cōstitutionibus,ff.ad muni. Cōtrarium determinat Lud.Ro.Are.Soc.Ias.& Mod.hic.Gemi.in d.§.nulli.Fely.in d.c.ego,col.2.& d.Ias.in l.si.mihi & tibi,§.regula,col.2.ff.de leg.j.Mouetur primò per dictū gl.in c.constitutionem,ver.participauerit,de sen. excō. in vj. & in cle. si summus Pontifex, in uerbo, lr̃is,e.ti.sed vt dñt Aret.& Mod.Cano.non ꝓhibet loq tantum cū excōicato, sed participare, q̃d est latius uerbū q̃ loqui,c.cū desideres, de sent.excō. Secūdo mouentur per tex.in d.§.nulli.sed tu potes retorquere, q̃a ibi exprimitur ēt casus,qñ mittitur nuncius uel ep̃la.quasi sētiat summus Pōtifex,ꝙ si tñ ꝓhibuisset loqui mittentes lr̃as vel nunciū,nō incidissent in pœnā. Quid tenendum in q̃one huius statuti? Sine dubio existimo opi.Lud.Ro. & sequaciū esse uerissimā ꝑ text. in l.j.§.qui hostib. j̃.ad l.Iul.maiest.& q̃a rō statuti est fauor publicus,propter quē licita est extensio ex identitate rōnis ēt in pœnalibus,l.quēadmodū,C.de agri.& censi.li.xi.& l.illud,C.đ secun.nup.& quia ubi dispō potest eludi, tunc est licita extensio ad tollendā elusionē,l.j.§.pecuniā, ff.de calū.etiam de casu ad casum.not.gl.in c. quāquām, de usur.in vj. in alia aūt mate-
59 ria,†maxime ubi statutū prohibeat loquelā odio ipsius loquētis,puta ne quis audeat loqui in palatio,crederē statutū nō habere locū in scribente literas:quia qui ꝑ aliū loquitur,non dicitur propriè loqui,ut s̃. dixi.Ideo d. Alex. reduxit pūctū ad hoc, an statutū puniens facientē,hēat locū in fieri faciēte, de quo ꝑ Bar.in l.sed si unius,§.si seruus, j̃.de iniur.& in l.Gallus,§. quid
60 si is,ubi latissime Mod.ff.de libe.& post.Septimò no.ꝙ mutus, surdus,infans,& absens æquiparantur, de quo j̃.dicam. Octauò not.ꝙ personæ non ualentes stipulari per se,possunt tamen per seruum.Ex quo not. ꝙ aliquid sæpe consequimur ex persona alterius,quod ex propria non possumus, l.Aristo,& ibi gl. sup.quæ res pigno.obliga. poss. traditur per Felyn.in c.j,in glo. j.ver.& pro pleniori,de præscript. Non not. ꝙ† ubi requiritur pro forma expressio alicuius rei, nunquam tacitum habetur ꝓ expresso. Et ita limitari debet regula.l.cum quid,ff.si cer.pet.secundum d.Alex.hic,& Bar.in l.quicquid astringendæ,j̃.e.:De-
61 cimo no.ꝙ † actio descendens ex stipulatione,dicitur actio ex stipulatu. Intellige tñ , ꝓut dicit tex.Insti. eo.ti.in prin. Vltimo
62 no.ꝙ†ex ꝓmissione serui facta iussu dñi obligat̃ dñs, quod iussu,insolidū,l.j. & ꝑ totum, ff.quod iussu.alias sine iussu obligat̃ de peculio,uel de in rē uerso,l.j.§.ēt,ff.de pecu.l.j.ff.de in rē uer-
63 so.Pro intelligentia tñ sciendum est,ꝙ†actio quod iussu,nō est proprium nomen actionis,sed adiectio, seu qualitas quædam: unde ex promissione serui facta iussu domini conuenitur dominus actione ex stipulatu, seu certi condōne, q̃d iussu,uel de peculio,vel de in rē uerso, secundum gl. in l.si tñ plures,§.fi.de de exercito,& l.3.§.cui cōgruit,uersi. mād.ff. de pecu.& declarat Alex.hic.scias etiā,ꝙ nunq̃ habet locū actio cū adiectione q̃d iussu,nisi iussus fuerit factus personis iubenti subiectis:alias si fiat nō subiectis, datur vtilis actio institoria,l.si mutuam, & ibi gl.ff.de exerc.l.Iulianus,§.si procurator,ff.de actio.emp.Vltimo scias,ꝙ licèt seruus iussu dñi possit stipulari & promittere, non tñ potest acceptum ferre,l.pe.j̃.de accepti.nisi prius noue-

tur obligatio,l.& per iusiurandum.§.tutor,& ibi Bar.assignat rationem,eo.ti.Gl.prima diuiditur in ii.partes,ut hic per Ias.In gl. ibi,i.uerborum obligatio.glo. reprǣhenditur per Bar.q̃a stipulatio est uerborū conceptio,& sic est cōtractus, q̃ differt ab obligatione uerborū,l.j.ff.de pac.l.licèt,§.ea obligatio.ff.de ꝓcurat.d.Alex.& Mod.saluāt capiendo stipulationē,prout est ī scō esse,ut dixi sup.ī rub.q̃ solutio q̃tum ad terminos huius tex.nō bene adaptatur,quia stipulatio hic designatur prout est in fieri.
64 In ea.gl.ibi,sed proprie,habes,ꝙ†stipulatio proprie est interrogatio.cum gl.transeunt alii:sed contra diffinitio nihil aliud est quam propriæ rei essentiæ demonstratio,secūdum Pau.in rub. de sen.exc.& Bar.in l.j.ff.de test.secundum āt diffinitionem stipulationis non cōprehenditur sola īterrogatio,nec cōuertitur diffinitū ī ipsa interrogatione,ergo nō est ꝓprie stipl'o,quia cui nō cōuenit diffinitio,nec diffinitū,l.j.§.dolū,ff.de dolo.nec tex. in §.idē iuris,allegatus ꝑ gl.ꝓbat eius intētionē, ut hic aduertit Alex.credo,ꝙ gl.voluerit dicere,ꝙ secūdum Grāmaticos stipulō ꝓpriè capitur pro interrogatione,nō ꝓ ꝯctu,nec pro obligatione uerborū.sed tu dicas f̃m Grām.ꝙ stipl'o ꝓprie sumit̃ pro rogatione.Hinc stipulor,cōe uerbum,ponitur in actiua & passiua significatione:in actiua ponitur in toto isto titulo,maxime in §.si stipulāti,j̃.ea.l.in passiua ponitur in l.si nō sortem, §.si decem,ff.de cōd.inde.& l.magnā,C.de ꝯh.& cōmit.sti. In
65 ea gl,ibi gen⁹ a digniori,gl.vult,ꝙ†stipl'o sit gen⁹.Cōtra sub stipl'one nō ꝯtinētur plures ꝯctus,nec pl'es obl'ones differentes spē.ergo non est genus,ēt subalternū,ēt infimum, q̃d prædicatur de pluribus differentibus specie,ut tradit ꝑ gl.ī l. legato generaliter,ff.de le.j.Quidā r̃nd.ꝙ stipulō ꝯtinet diuiduas,& indiuiduas ꝯuētionales,ꝓtorias,& iudiciales, ut j̃. de ꝓto.stip.l.j.sed istud nihil ē,q̃a hmōi stipul'ones nō dñr spēs , sed qualitates.
66 Not.tamen ex gl.ꝙ†denoīatio facienda est a digniori.ad idē gl.in proe.vj.Cōprobāt d.Ias.& Nouiss.ex pluribus,& latius ꝯprobat Ias.in l.imperium,col.3.ff.de iur.om.iud. Contra istud opponitur de tex.in salutatione ꝓœmij Greg.rñ.tripl'r ꝑ Fel.ibi, uers.Greg.Ex quibus sol'onibus colliguntur tres limitationes. Adde quartā,ut non procedat in digniori accessorio, a quo nō est facienda denoīatio,l.& si non sunt. §.perueniamus,ff.de auro & arg.lega.Adde quintā, ut non procedat in denoīatione, quæ fit ab artificio,quia non fit a digniori, sed ab eo,in quo artifex magis uersatur,l.legatis.§.si unus, ff.de leg.3. Et tradit Fel. in rub.de magist.col.ij.Adde sextā, ut non procedat in denoīatione,quæ fit a dependentibus ex ꝯiugio, quia fit denoīatio ab uxore,non a marito,secundum Io.Fab.in §.fuerat,Inst.đ actio. ubi dicitur,actio rei uxoriç,& non actio rei maritalis;dicit̃ matrimonium & non patrimonium. ratio assignatur per Papam in c.ex literis,extra de conuer.infidelium. Vlterius aduerte,dū
67 dicitur stipulōnem†noīari ab interrogatione, quæ est dignior, ut Ale.ꝓbat,q̃a caput est dignius.l.q̃ diuersis,ff.de relig. & sūp. fu.consentit d.Ias.quia est principium stipulationis,quod ē potentissima pars totius,l.j,ff.de orig.iur. sed ista mihi non placēt, quia ad cognoscendum dignitatem interrogationis, debemus inspicere subiectum.non.n.dicemus interrogationem discipuli,uel cliētis esse digniorem r̃nsione magistri, l. Domitius Labeo,de testa.& c.quaer,viij.q.j.& iō cum subiectum interrogationis sit rogare uel petere,& r̃nsionis sit dare, dicerem r̃nsionem digniorem,cum beatius sit dare q̃ accipere,secundum gl. in rub.ff.cōmd.& tex.in c. cū Marthæ, de celeb.missa. Cōprobatur,q̃a per r̃nsionem ꝑficitur stipulō:ꝑfectio āt dignior est inchoatione,l.j.§.oīa,C.de veteri iure enucle. Iō denoīatio poti⁹ a ꝑfectione q̃ ab inchoatione facienda est, secundū Inno. in c. consuluit,de offi.deleg.& bene ꝓbatur in d.§.oīa.Alia rōne ꝯtendit d.Ias.ꝓbare interrogationē esse digniorem,quia interrogans agit,r̃ndens verò patitur,&oē agēs dignius est patiēte,f̃m Philoso.in j.Metaph.docet Bar.in l.j.ff.de reg.Cato.sed certe videtur magis pati,qui rogat,q̃ qui rogat:nisi dixeris, ꝙ rogās est cā efficiens, ꝙ rogatus illius miseratur,& isto respectu dicitur agens.Ego tñ puto stipulōnem denominari ab iterrogatione, quia ex persona interrogantis metimur ius stipulationis, i. ad ualiditatem stipulōnis potius consideranda est ꝑsona interrogantis q̃ r̃ndentis,l.multum interest, & ibi no. d.Ias.j̃.eod. Vel euitādo oes difficultates dicamus,ꝙ stipulō denoīatur ab vtroque,quia stipulor,est uerbū commune, ut dictū est.Gl.ī uerbo, ꝓūt,diuiditur in duas partes. In prima allegat cōcordātes.in secūda ponit fal.In ea.gl.ibi, sed in infante fallit.hanc fall.sequūtur gl.& Bart.ubique, & alii plures relati ꝑ Mod. rō fallentiæ fuit fauor conseruationis bonorum infantis,quę secundū Ale. non uidetur solida,cum non sit maior rō in stipulatione rē pupilli saluā fore,quā in stipl'one acquirendi magnum patrimonium:nisi dixeris,ꝙ non est par ratio lucri & dāni, l.fi.in fin.C. de iure codicil. Alia fuit opi. ꝙ d.l.seruum,non loquatur in infante,sed in maiore septennio, qui rl'r potest stipulari,§.pupill⁹, Insti.de inuti.stip.Ista opi.mihi placet, licèt gl.ibi,nō admittat, eo,ꝙ loquatur in pupillo non intelligente quid agat. Pro cui⁹ solutione hn̄da distinguo ætates pupilli : aut est infans. i.circa septēnium,qui dicitur fari nō posse,l.1.§.sufficit,ff.de admi.tut.

l.si infanti, C.de iure delib.l.mulier, ĩ, eo. cũ sil'ib.& đ isto nõ p̃t loq ille text.qa loquitur in pupillo, qui fari põt.aut pupillus est proximus pubertati, & de isto ẽt nõ loquitur, quia loqtur in eo qui non intelligit: & proximus aũt pubertati habet intell'm, c.j. de delic.puero.traditur per Bar. & alios in l.j.ĩ. de nouatio.reliquũ ergo est, ut loquat̃ in proximo infantiæ, qui fari potest, etsi adhuc nõ bñ intelligat quid agat. Huic pp utilitatẽ ex benigna interpretatione stipulari p̱mittitur. ita p̱prie loqtur ille tex.q in effectu, in uerbo, & in sensu concordat cũ text.in d.§. pupillus.

68 Sed an † in stipl'one pupilli tutoris authoritas reqratur? Videretur, ꝙ sic per tex.in d.l.suũ.ubi dr̃ pupillum agere posse, & stipulari: agere aũt nõ p̃t sine tutoris authoritate, d.l.j.§. sufficit. ergo nec stipulari, ut vniformis sit determinatio, per rl'am l.iam hoc iure, ff.de vul.& pu.In ꝯ̃rium est casus in d.§.pupillus, & ita tenẽdum. Ad tex.in d.l.seruum, rñ.ꝙ regula d.l.iam hoc iure, nõ p̱cedit subsistente diuersa determinãdi rõne, s'm Ang.& Mod. ibi ratio aũt diuersitatis satis patet, qa in indiuiduo pupillus agens obligatur ex quasi ꝯ̃ctu, l.3.§.quis ergo casus.ff.de pecu.in stipulatione aũt solum acquirit, nõ obligatur. Gl.in uer.nec absens, diuiditur in duas partes. In j.allegat concor. In 2. opponit. In ea.ibi, l.ea quæ.Bar.post gl.ibi, & hic, quem cæteri sequũtur, soluit, ꝙ ibi p̱ epistolam probatur stipulatio iam contracta, nõ autem cõtrahitur. sed tu aduerte, quia ibi non uidetur probari, ꝙ ante epistolã esset contracta stipulatio. Tũ quia donatio, de qua ibi fuit facta nutu, ut ibi, annuerit indulgẽtia tua, ergo non p̱ stipulationẽ, §.si quis ita, ĩ. e. tũ quia interrogatio uxoris fuit simplex, rñsio uerò sub ꝯdõne, si diuortio, &c. ergo nõ p̱ stipulationẽ, §.si quis simpliciter, ĩ.ea.l.sed solue, ꝙ stipulatio interuenerit in numeratione, in qua maritus stipulatus est sub ꝯdõne reddi numerata. ita p̱bat̃ ibi, in fi. dum dr̃ pecuniam donatam, fuisse ꝯuersam in creditam pecuniã p̱ stipulationem. Glo. in uerb.si quis ex his, diuiditur in quatuor partes. In j. declarat literam. In ij.cõtra declarationem opponit. In iij. declarat alio modo. In 4.alio. Secunda ibi, sed de infante. Tertia ibi, unde dicunt alij. Quarta ibi, uel dic tertio. In ea.gl.ibi, §. pe. dr̃ in tex. si quis ex his vult, &c. contra, infans nõ hẽt velle, d.§.pe.Sol. hæc cl'a, si qs ex his, nõ includit infantẽ, & est *communis* sol. Ex qua

69 hẽs † fallen.ad rl'am, cl'a in fine posita refertur ad oĩa præcedentia, l.talis scriptura, ff.de leg.j.c.scđò requiris, de app. fallit nisi p̱ talem relationẽ resultaret absurditas. ita vult gl.nostra, pro qua alleg.tex.in c.ecclesia uestra, ubi no.Pan.de elec.& idem uoluit gl.& Gemi.in c.cum singulare, de p̃b. li.vj. In ea.ibi, l.ij. Ex hoc tex.cõprobatur sol'o p̃cedẽs, quia tex.in d.l.ij vult seruum absẽtẽ posse stipulari infanti, ergo tex. noster in illa cl'a, si qs ex his, nõ cõprehendit infantẽ. Item aduerte, quia uoce domini stipulatur seruus, §.post mortẽ, Insti. de inuti.stip.ubi nõ põt seruus stipulari post mortem dñi, qui voce caret, ergo nõ dẽret posse stipulari infãnti, qui non habet velle seu uocẽ, d.§.pe. si cõsiderabis, patebit tibi facilis sol'o. Item aduerte, quia gl.videt̃ includere absẽtẽ in cl'a p̃dicta. Istud nõ vr̃ bene dictũ, qa ĩplicatur ꝯtradictio, ꝙ absens stipulet̃ p̱ seruum p̃sentem: & si intelligat̃ p̱ seruũ p̃ntem cum eo, cum quo stipulatur, nõ ur̃ probabilis intell's: nam si dñs absens non põt stipulari, ut determinatum est, nulla vr̃ dubõ, ꝙ seruus absens posit. Item rõ non admittit, ꝙ absens uelit stipulari p̱ seruum, cui sua uoluntas non potest innotescere. In ea.ibi, supple aliquem ex his. ista suppletio non vr̃ cõgrua, quia necessario refertur cl'a, si quis &c. ad uerbũ principale, stipuletur: & isto mõ referendo cum suppletione alteri⁹ relatiui, aliquem, ineptus esset sensus, nisi saluãdo facias aliam subauditionem hoc mõ: si quis vult aliquem ex his stipulari, ille stipuletur. Gl.fi.diuiditur ĩ duas partes. In prima quærit. In scđa opponit. scđa ibi, sed de infante. In ea.gl.ibi, §.si pupillus. Nota,

70 † ꝙ pupillus sine tutoris authoritate non p̃t iubere seruo, ut ipsum uel eius bona obliget, nam cum pupillus sine tutoris authoritate non possit obligare seipsum, nec eius bona, §.j.Inst.de authori.tut.ꝯñs est, ut etiam non possit alteri iubere, ut ipsum obliget p̱ regulam l.orõ, de sponsa.ff.sed in ꝯ̃riũ uidetur obstare text.nr̃, iũcta rl'a.l.iã hoc iure.ff.de vul.& pu. Hic Bar.q̃rit hic utrũ mutus & surdus possint iubere sine tutoris authoritate.

71 Ex cuius dictis colliguntur tres conclusiones. Prima est, † mutus & surdus non intelligens ęqparatur infanti, & furioso, l.Fulcinius.§.adeo.s̃.ex quibus caus.in poss.eatur. & Inst.de curat.§. sed etiã mente captis. quæ iura p̱bant æquiparationem, quãtũ ad prouisionem tutoris. Ex hoc infert Alex. tacitè ibi p̱bari, ꝙ æquiparetur infanti & furioso, qbus dãdus est tutor, uel curator: horum.n.status nõ vr̃ multũ inter se differre, l.infans, ff. de sica. Tu ꝯsidera, ꝙ tex.in d.§.sed ẽt mente captis, vr̃ p̱bare oppositum, dũ vult muto & surdo dari curatorẽ, sicut puberi, minori tamẽ 25.annis. Conclusio tñ uera est & *cõis*, qa cum nõ intelligãt, eadem in utroque rõ militat. & idem tenet Bar.in l.fi. ff.de bono.pos.infa.muto, & surdo del. Ex hoc intelligit̃, ꝙ Bar. in l.mutũ, ff.de acqui.hære.quatenus dicit, mutũ nihil intelligẽtem ęquiparari pupillo, debet intelligi de pupillo p̱ximo infantiæ, q nihil intelligit, & hoc modo defendi p̃t a cõtrarietate, de qua tractatur per d.Ale. infertur ẽt, ꝙ talis mutus, & surdus, ñ p̃t nubere sine curatoris autho. sicut infans sine author. tutorũ, ita vñr velle gl.& Bar. de quo dubito, qa tales nihil intelligentes nihil recte agũt, ẽt cum tutoris authoritate, l.in negotis, ff. de reg.iur. Melius est, ut dicamus, ꝙ tutor & curator istorũ p̃nt

72 soli iubere, l.seruo inuito, §.pe.ĩ.ad Treb. Scđa concl'o, † mutus & surdus p̱fectè intelligẽs æquiparatur pupillo, d.l.seruo inuito, §. pe. Ista conclusio damnatur *communiter* a Doc. faciẽtibus ꝯ̃riam ꝯclusionẽ, ꝙ mutus & surdus p̱fecte intelligẽs æquiparatur adulto, ita tenet Bar. sibi contrarius in l.mutũ, ff.de acqui. her.& in d.l.fi.& p̱batur per tex.in d.l.mutũ. ubi solus mutus p̃t adire hæreditatẽ, & tñ pupillus nõ p̃t, § sed neq;, Insti.de autho. tut. Item probatur in d.l.fi.ubi solus mutus agnoscit bo.pos.& tñ pupillus non, l.fi.C.qui admit. Item mutus p̃t testari. l.discretis, C.q testa.fac.pos.& pupillus nõ, l.qua ætate, ff.de testa Item mutus solus p̃t procuratorẽ ꝯstituere, l.mutus, ff. de procu. pupillus uero non, l.neque, C.eo.ti. Itẽ mutus p̃t ꝯ̃here matrimoniũ, l.mutus, ff.de iure dot.c. cũ apud, de spõ.pupillus ãt non. Instit.de nup.in prin.c.impuberes, de despõ.impub. Itẽ mutus nõ defendens dñm punit̃, l.ii.§.surdus, & §.mutũ, ad Syl.sup.impubes uero non, aut saltem non tantum, l.i.§.impuberibus, eo.tit. Ex hac conclusione infertur, ꝙ muto & surdo perfecte intelligẽti non est dandus tutor nec curator, & ita limitari debet tex. in d.§.sed ẽt mente captis, & l.dabimus, s̃.de priui.credit. Infertur ẽt, ꝙ talis mutus & surdus poterit iubere seruo absq; cura

73 toris authoritate. Ista conclusio declarat̃ † p̱ Raph.Cu. ut procedat in muto & surdo intelligente, & valente mentis ꝯceptum exprimere, secus in non ualente exprimere, quia tunc æqparat̃ pupillo, & isto modo saluat̃ opi.Bart. hãc declarationẽ ĩpugnãt Pau.& Ale. quia data intelligentia poterit mutus oñdere ꝯceptum suum nutu, secundum gl.in l.item quia, uers.mutus ff.de pac.& §.si quis ita, ĩ.eo. Credo declarationẽ Raph.uerã in muto & surdo sil', prout loqtur Bart. licèt, n. iste hẽat sanũ intell'm, vix tñ est, ꝙ possit p̱fecte demonstrare mentis conceptum nutu, & ita p̱cedit tex.ĩ d.§.sed ẽt mẽte captis. Intelligo igit̃ cõem in muto, q omnia intelligit & audit, licèt nõ p̱fecte: cõcl'onẽ uero Bar. in muto & surdo intelligente nutu. Item intelligo cõem procedere in actibus dependẽtibus a sola uoluntate muti, quia eã poterit explicare nutu, ita loquuntur fere contraria allegata. In dependentibus uero a uoluntate sña & alterius, p̱cederet ꝯcl'o Bar. præterquã in mr̃imonio, qđ non debet depẽdere a uoluntate curatoris. & ita procedat tex. in d.l.cum apud. Limito ẽt cõem nõ procedere in actibus requirentibus uerba p̱ forma, ut hic. bñ facit tex. in d.l.3.§.mutum, ad Sylla. Tertia

74 cõcl'o, † surdus solũ oĩno nõ exaudiens ęquiparatur pupillo, Insti.de cura.§.j.qui necessario non probat, ut s̃.dixi. Tu dicas, ꝙ in his, in quibus auditus est necessarius, æquiparatur absenti, d. l.3.§.surdus. nisi sit talis surdus, qui omnia intelligat ad motum labiorum, sequuntur Bar.hic.arg.l.quæsitum, ff.de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio uitiatur per absentiam in aliqua parte stipulationis.*
Testes deponentes, interrogationẽ præcessisse, & responsionẽ subsequutam, non probant stipulationem, nisi dicant, ꝙ inter præsentes fuerunt facta.
2 *Instrumẽtũ si dixerit, rogauit* Titius, *spopõdit Mæui⁹, an p̱betur stipulatio.*
3 *Notarius, qui scribit in instrumento, rogauit* Titius, *spopõdit* M*enius, an incidat in falsum si probetur interrogantem fuiße absentem.*
4 *Stipulatio nõ uitiatur p̱ discessũ, si descedẽs absq; lõgo interuallo reuertat̃.*
5 *Discessisse non dicitur, qui cito reuersus est.*
6 *Stipulatio an ualeat, si interrogãs cum interuallo discessit, & quid si illi abeunti, audienti, & intelligenti responsum fuit.*
7 *Stipulatio an uitietur per longum interuallum non interueniente actu contrario, vel extraneo. & nu. 11. & seq.*
8 *Longum interuallum quare vitiet stipulationem.*
9 *Stipulatio, an ualeat si interrogatus capiat sibi terminum lõgum ad respõdendum, & post respondeat in termino.*
10 *Forma non recipit interuallum, cum omnis forma sit indiuidua & contemporanea, nec diu potest stare in suspenso.*
12 *Stipulatio non uitiatur per responsionẽ factam ex interuallo, quãdo respondẽs non discessit, nec ad extraneos actus deuentum est.*
Incontinenti factus actus dicitur, quando nihil in medio interuenit.
13 *Stipulatio facta cum persona incerta, non uitiatur per longum interuallũ.*
14 *Interuallum longum non uitiat contractus nominatos, qui cõsensu perficiũtur, innominatos uerò vitiat, declara ut ibi.*
15 *Interuallum longum quod dicatur: & an in materia stipulationis interuallum vnius diei dicatur longum interuallum.*
16 *Responsio facta longo interuallo, an obliget respõdentem saltem in vim pacti nudi? quòd sic, limita ut ibi.*
17 *Stipulatio uitiatur p̱ actũ ĩtermediũ, limita quadrupliciter, ut ibi. et nu. 19.*
18 *Stipulatio an uitietur per cænam uel prandium intermedium.*
19 *Dictio, incontinenti, quibus modis capiatur.*

§. Qui presens interrogauit. Diuiditur ĩ duas partes, prout sunt duo dicta. Secũda ibi, si uero. vel melius in tres. In prima ponitur unum dictum. In secunda aliud. In tertia

respondetur

rñdet tacito obiecto.scda ibi,si vero.tertia ibi,interuallũ. Summatur ſm Bar.Omiſſio rñſionis uitiat ſtipulõnẽ, ñ modicũ interuallũ.Põdera Bar.velle,ꝙ in prima parte nulla fuit data rñſio.ſequũtur Ang.Ale.& *cõmuniter* alii,ſed Are.So.& Iaſ.& poſt eos Nouiſſimi impugnãt,qa ſm hũc ſenſum tex.in prima pte eſſet ſuperflu⁹,qa iſtud ſatis deciſum erat in principio. & iſtud eſſet de indubitabili:qa ſi data vtriuſq; pñtia, abſq; rñſione nõ ualet ſtipulõ,a fortiori minus ualebit altero ſine rñſione recedente.Itẽ uidetur falſum,qa illa uerba,antequã reſponderetur, tacite præſupponunt poſt diſceſſum fuiſſe reſponſum,& qa nõ dicitur in prima parte ſtipulationẽ fore inutilem ex defectu reſponſionis,ſed pp diſceſſum,ſaluari tñ pt intell's Bar. & cõmunis,ut intelligat de omiſſione rñſionis ante diſceſſum: q̃ ſaluatio non uř probabilis,qa preſupponit interrogantẽ mox diſceſſiſſe.Alius fuit intell's Paul.de Caſ.ꝙ fuerit data rñſio interroganti reuerſo longo interuallo poſt.ſcda fuerit data rñſio reuerſo poſt modicũ interuallum.& ſecundum iſtũ intellectum ita ſummatur.Lõgũ interuallũ inter interrogationẽ & rñſionẽ uitiat ſtipulõnem:modicũ uerò non.ſed poſito,ꝙ prima pars intelligat,qñ interuenit longũ interuallũ,ſcda qñ modicum, nõ tñ placet ſummariũ,qa Iureconſ.nõ ſe fundat in interuallo,ſed in diſceſſum.Nec apparet,ꝙ in prima parte diſcedẽs fuerit vnquam reuerſus,nec,ꝙ rñſio fuerit data ex interuallo.Tota.n.dubitandi rõ fuit in diſceſſu, nam ſi interrogatus ſemper fuiſſet pñs non deueniendo ad actũ extraneũ, nõ uitiaretur ſtipulõ, dato,ꝙ rñderetur ex interuallo longo,ſecundum opi.quã puto verã.vñ Pau.& Are.dicũt,ꝙ prima pars loquitur,quando rñſio fuit data poſt diſceſſum:ſecunda fuit data reſpõſio eo reuerſo abſque longo interuallo.iſte intellectus eſt magis amicus literæ,intelligendo,ꝙ in prima parte reſpõſio fuerit data abeunti, audienti,& intelligenti,prout neceſſario debet intelligi,ut inf. ſubi ciã,& ſm hũc intellectum ita ſumat. Diſceſſus interrogãtis vitiat ſtipulõnem,qñ ſequitur reſponſio durante diſceſſu:ſecus interrogante reuerſo abſq; longo interuallo. & ſecundum

1 huc ſenſum,Nota primo,ꝙ†abſẽntia in aliqua parte ſtipulõnis uitiat ſtipulõnem,& ita ampliatur,qđ dicitur in principio hui⁹ legis,& in §.itẽ uerborũ,Inſtit.de inut.ſtip. Ex quo infertur, ꝙ non probatur ſtipulõ per teſtes deponentes interrogationẽ pceſſiſſe,& rñſionem ſubſecutã,niſi addãt inter pñtes,ſecũdum

2 gl.in l.iuriſgentiũ,§.qđ fere,in uerbo,ꝯrium,ff.da pact.Sed † an idẽ dicendũ in inſtrõ,in quo Notarius ſcripſit, rogauit Titius, ſpopondit Mæuius:uideret,ꝙ ſic per tex.in d. §.itẽ uerborum,ĩ uerbo,pſto eſſe.iõ ſolent Notarii addere in inſtrumẽto,rogauit Titius,ſpopõdit Mæuius ipſi Titio pñti & ſtipulãti. ſed Bar.in l. ſi unus,§.pactus ne peteret,ff.de pac.Rñdet,ꝙ in inſtrõ oĩa præſumuntur ſolẽniter acta, & bñ probatur in §.ſi ſcriptus,Inſtit. de inut.ſtip.de quo dicetur in l.ſciẽdũ,ĩ.e.& idẽ dicendũ in priuata ſcriptura,puta in epiſtola, in qua pſumit pñtia , ſi ſcribens

3 enunciet pmiſſionẽ,ſecundũ gl.& Bar.in l.j.C.eo.Sed qd†ſi pbetur interrogãtẽ fuiſſe abſenſem,an Notarius qui ſcripſit, rogauit Titi⁹,ſpopõdit Mæuius,incidat in crimẽ falſi? Nouiſſimi dicũt,ꝙ non per iſtum tex.in quo apparet,ꝙ potuit interrogationẽ & rñſionẽ fieri eodẽ loco altero tñ abſente,ergo capienda eſt interptatio,q̃ excuſet a falſo,l.quoties,§.j. & ibi Bar.ſ. de hær.inſti.ſed ꝯrium firmat Bar. quem alii *cõmuniter* ſequuntur ĩ d.§.qđ fere.qđ uerius puto,quia Notarius atteſtando actũ fuiſſe intelligitur de eodem loco & eadem hora,l.ſi quis ex argentariis,§. edi.ſ. de edendo.Secundo no. ꝙ lõgũ interuallũ uitiat

4 ſtipulationem,de quo ĩ.Tertio no.ꝙ†diſceſſus non uitiat ſtipulõnẽ,ſi deſcedens abſque longo interuallo reuertatur. Ex quo ſequitur,ꝙ diſceſſus non reputatur actus extraneus vel ꝯrius, alioqui uitiat ſtipulõnem,l.cõtinuus, & l.quæ extrinſecus,ĩ.eo. Infertur etiã,ꝙ non oĩs actus factus inter interrogationẽ & rñſiunẽ dř cõtrari⁹,ꝯ gl.in l. duos,in uerbo, ꝯrius,§.pe.ĩ.de duob. reis.q̃ eſt in alio vř male loqui,dũ dicit.ꝙ omnis act⁹ pter obligationẽ, dicitur ſtipulationi ꝯrius. ſed defendo glo.dici poteſt ſecundum Raph.Cu.ꝙ omnis actus, per quẽ diuertitur aĩus a ſtipulõne uitiat,l.ſi ex duob⁹,ĩ.de duob.reis.ergo quia uitiat,dř ꝯrius,unde q̃tum ad ſtipulõnẽ non eſt differentia inter actus

5 extraneos & ꝯrios.Quarto no.ꝙ†non dicitur diſceſſiſſe, qui cito reuerſus eſt.ad idem tex.in l.2.ff.de diuor.& in l.pleriq;.ff.de rit.nup. & l.quicquid calore,ff.de reg.iur.l.longius,circa fi.ff.de iudic.voluit gl.in l.parui.ff.de cõdic.fur.ſic e ꝯ nõ dicitur rediiſſe, qui cito diſceſſit,l.ſcire oportet,§.ſufficit,ff.de excuſa.tut.&

6 in c.cum nobis,de elec.Gl.in uerbo,mox, q̃rit†quid ſi interrogans non mox, ſed cum aliquo interuallo diſceſſit, an pcedat deciſio primæ partis:finge interrogantem aliquãtiſp expectaſſe reſponſum,deinde receſſiſſe:ſi intelligamus nullam fuiſſe datam reſponſionem,vel datam abeunti non audienti,gl.bene dicit non referre vtrũ mox,uel poſt aliquod interuallum diſceſſerit.ſed dubito,quid ſi abeunti,audienti,& intelligenti reſponſũ ſit,an ualeat ſtipulatio:ſi mox diſceſſit, inutilem puto , ut dicit tex.qui neceſſario ita debet intelligi per ea,quæ dicta ſunt.ſ. & quia cum dubitetur de hoc ſolo, an diſceſſus habeat uitiare,cætera pſupponũtur habilia,l.cũ lege,ff.de teſta.c.i.de æta.&

quali.& ſi quæras rõnẽ,rñdeo,ꝙ repentinus & ſubitus diſceſſus cputatur actus ꝯrius ſtipulationi, quia qui interrogat ,& mox diſcedit, uidetur ſuæ interrogationis pænitere:ſi uerò expectato rñſo diſcedit,uideretur ſtipl'onẽ ualere p iſtum tex.a ꝯtrario ſenſu,& in hoc nõ poſſum aſſentire gl.ꝙ uerbum,mox,hic ponatur abſq; miniſterio operãdi.Cõprobatur,qa in ver.ſeq.dř,ꝙ ſimplex diſceſſus non uitiat ſtipl'onem, modò deſcedẽs breui reuertatur.Ad hoc ergo,ut deſceſſus uitiet,oportet,ꝙ ſit ſubit⁹, alioqui ita uitiaret in ſcdo caſu,ſicut in primo.Ex quo infertur, ꝙ ſi mox deſcedens audita uoce rñdentis,ſiſtat pedem ut itelligat rñſum,uideretur tunc ſtipl'onẽ valere,tũ qa tũc apparet ipſum nõ penituiſſe interrogationis,& qa dř reuerſus ad audiendũ,q pedẽ firmat.ſup quib.velim vos cogitare,quia alij nõ aperiunt.Pro expeditione gl.fi.& eorũ, quæ dicit Bar.& alij,q̃ritur,

7 †an longũ interuallũ,non interueniẽte actu ꝯrio uel extraneo, uitiet ſtipulationẽ?Rñdet gl.ꝙ nõ,ſequitur Pau.per tex.ĩ l.ſi ex duob.ĩ.de duob.reis.nec ob.rñſio d.Iaſ.qa ibi non ſumit arg. a ꝯrio ſẽſu,ut ipſe putat,ſed a ceſſante rõne.Dicitur ibi, ꝙ rñſio data ꝑpoſtera die uitiat actũ,cũ ad alia negotia pmiſſor diſceſſit.illa uerba,cũ ad alia pferũtur p modum cauſe,cũ adijciãtur uerbo pteriti tpis,ſecundum Bar.in l.j,col.3.uerſ.2.q̃ro,ff.de cõdi.& demõ.ceſſante ergo rõne,bñ pbat,ꝙ ceſſaret legis diſpõ, l.adigere,§.quis,đ iurepatro.ff.c.cũ ceſſante,de appel. und Are. tentauit,ſed eius rñſio eſt diuinatiua,& cõfũditur p illũ text. in d.l.ꝯtinuus.meritò Ludo.Rom.&Imo.ibi relinquerũt qõnẽ in dubio contrariã opi.tenet Bar.& *communiter* ſcrib.hic, & vbique.Pro perfecta intelligẽtia diſcutienda ſunt plura.Primo tenendo cõem,ꝙ longũ interuallũ uitiet, q̃ fuerit rõ ꝯcluſionis. Scdo,utrũ ſit indiſtincte uera.Tertio,qđ dicat longũ aut modicum interuallũ. Quarto,an lõgũ interuallũ ſicut uitiat ſtipulõnẽ,ita uitiet cæteros contractus. Quinto,an rñſio data poſt longum interuallũ obliget rñdẽtẽ ſaltẽ in vim pacti nudi. Circa

8 primũ † reperio tres aſſignari rõnes.Prima,quia ex longo interuallo pſumitur obliuio,maxime rei momentaneæ.l.peregre,ſ. de acqr. poſ. iſta non eſt recipienda,cũ non ſit ueriſimile, ꝙ plapſum unius diei,q dicitur lõgũ interuallum,vt ĩ.dicet,partes fuerint oblitæ contractus faciẽdi. l. ſi de eo.ti.de acq.poſ.Scda fuit rõ,qa pp longũ interuallũ preſumitur receſſum a priori voluntate,argu.l.per retentionẽ, C.de uſu.& ſic rñſio pp longum interuallũ non pſumitur data ad illã interogationẽ. Iſta etiam

9 ĩpugnatur p d.Ale.qa ea attenta ſequeretur,ꝙ † ſi interrogatus diceret,expectes,rñdebo tibi cras,valeret ſtipulatio,quia cũ ſtaret pcedneti interrogationi rñſum fuiſſe.cuius contrariũ decidit Bal.in rub. C.de cõſti.per.col.fi. ſequitur d.Iaſ. hic, & vř voluiſſe gl.in l.ſi ex duob.ff.de duo.re. No. iſtã deciſ.quæ vtilis eſt ſi ſit vera: ſed ego dubito, nec verã puto. & contrarium tenuit d.Ale.conſ.107.in cauſa & lite,col.ij.lib.j. vbi allegat ita tenere Imo.in l.ſi ſtipuler,§.fi.ĩ.eo.Pro quo facit,qa nõ dř ex interuallo rñdere,qui rñdet termino ſibi cõceſſo ad rñdendũ, ſm Bar. in l.licitatio,in prin. ff.de pub.& bene facit tex.in l.iij. in prin.ff. de duo.re.p quẽ Bar.ibi dãnat gl.in d.l.ſi ex duobus.Tertia aſſignatur rõ p Senen.hic,& ante eos p Imo.in §.ſeq. qa rñſio eſt

10 de forma eſſentiali ſtipulationis,†q̃ forma cum ſit indiuidua,ñ recipit interuallum, l. furioſum,C.q teſt.fac.poſ.& ibi no.Bar. ideo dicebat Car.in cle.cãm,§.pe.de elec. ꝙ oĩs forma dẽt eſſe contemporanea.tradunt Ale.& Mod.in l.j.§.fuit quæſitũ,ſupra ad Treb.& l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,ſup.de acq.hær. iõ forma non põt diu ſtare in ſuſpenſo,l.obligari,§. tutor, ff. de auth. tut.& Inſt.e.§.pe.Ex hoc.habemus limitare d.l.furioſum, ut nõ pcedat qñ furor ſuperueniens intra modicũ tps ceſſauit, p iſtũ

11 tex.Circa ſecũdũ dicamus,ꝙ iſta cõcluſio recipit plures declarationes.Primò,ut non procedat ſi actũ ſit,ꝙ rñſio fiat poſt longum interuallum,ſecũdũ Ale.in d.ꝯſ.107.faciunt,quæ dicetur in 3.limi.Secũdo pcedat qñ rñdens ante rñſionem diſceſſit, &

12 poſtea ex longo interuallo rñdit,ut hic,ſecus† ſi nunquam diſceſſit,nec ad extraneos actus deuẽtum eſt,tunc longum interuallum nõ uitiat,ſecũdũ Pau.hic.& pbatur in d.l.ſi ex duob.& qa iſto caſu rñſio nõ ex interuallo,ſed incõtineti dř facta.dř.n. actus factus incõtineti,qñ nihil in medio interuenerit,ut ſonat alluſio uocabuli,incõtinenti.i.in actu ſimul ſe tenenti, ſm Bar. in l.in bonæ fidei,C.de pac.& d.Iaſ.in l.lecta, col. 104.ſ.ſi cert. pe. & ſi dixeris,ſi diſceſſiſſet interrogatus,& ꝯſtaret nullũ actũ mediũ interueniſſe:hac rõne attenta longum interuallũ non deberet uitiare ſtipulationẽ.Rñdeo hãc illationẽ ueram, ꝙ nõ dẽt uitiare,ut firmat Are.hic, & d.l.continuus. & ego ꝯprobo, qa ſicut tẽpus nõ eſt mod⁹ inducendæ uel tollendæ obligationis,l.obligationũ ferè,§.placet,ſup.ti.i.ita nõ ẽ modus impediẽdæ,l.itẽ quia,cum gl.de pac.Cõfirmatur,qa hmõi forma interrogationis & rñſionis fuit inuenta,ut haberetur certitudo uolũtatis ipſius rñdentis,ſecundũ Bar.ĩ l.ſi quis ſimpliciter,ĩ.eo.l.q̃ certitudo nullo interueniẽte actu extraneo,magis hř ex lõgiori interuallo,q̃ ex paruo,l.mulier, C.ad Velleia.Nõ ob.iſte tex. qa nõ eſt longum interuallũ, quod uitiet, ſed diſceſſus:aliàs ſi ſolum interuallum in rñdendo uitiaret, tex. non haberet dubium.& ſi inſtes,ꝙ tex.in fi.ponderat interuallũ,rñdeo, ꝙ ponderat

derat interuallum in redeundo, non in respondendo: nam ex lõgo interuallo iuncto discessu psumit̃ diuersum ad extraneos
13 actus,d.l.si ex duobus.Tertio declaratur, ut procedat† in stipulatione,q̃ fit cum persona certa: secus si cũ persona incerta, ut in exẽplo Bar.in d.l.licitatio, in prin. & l. si tpe, C. de fi. inst. & iure hastæ fis.li.x.ita declarat.Alex.hic.sed d.Ias.dicit Bar.nõ loqui in stipulõne,sed in aliis ɔ̃ctibus. Tu defendas,q̃a Bar.loquitur ẽt in contractibus innominatis, ut in contractibus hospitũ, quos longum interuallũ uitiat,ſm Bar. post gl.in l.si cũ fundũ, ff.de pac.& q̃a nõ dr̃ fieri ex interuallo, qđ fit in termino cõueto,ſm Bar.ibi.Is.n.qui interrogat personã incertã cerficandam in futurũ, ur̃ differre terminũ rñsionis ad tp̃s, quo illa persona cõparebit ad actũ explicandũ,ergo ualebit stipulõ, p ea q̃ s̃.di-
14 cta sunt.Circa tertiũ sit cõclo,† lõgũ interuallũ non uitiat ɔ̃ct⁹ noĩatos,q̃ consensu pficiunt̃,l.si stipuler,§.fi. cũ gl.ĩ.eo.innominatos uero uitiat,ſm gl.Bar.& alios *communiter* in l.si cũ fundũ, ff.de pac.intellige,vt uitiet innominatos correspectiuos factos sub mõ,secus si sub cõdõne,q̃a cõdõnis implemẽtũ cõfert̃ ad
15 futurũ.l.si intra,ff.de pac.Circa quartũ Bar.ɔ̃cludit,ꝙ† interuallũ vnius diei dicatur longũ,per tex.in l.cõtinuus,ĩ.e.& in d.l.si ex duob.sed aduerte,ꝙ tex.in d.l.cõtinu⁹,vr̃ probare oppositũ, dũ dicit,ꝙ post interrogationẽ diuertens ad aliud negotiũ nihil agit,q̃us eadẽ die rñdeat:qđ nihil aliud est dicere, q̃uis incõtinenti rñdeat, prout Iurecõ.s̃.dixerat ibi,quominus rñ.oportet si modo rñsio data eadẽ die dicitur data incõtinẽti, seq̃tur, ꝙ data die seq.non dicat̃ data ex longo interuallo.siſr tex.in d.l.si ex duobus,nõ pbat,immo probat oppositũ retẽta cõi ɔ̃clõne, ꝙ lõgũ interuallũ uitiet.Nisi.n. actor diuertisset ibi ad alia negotia,rñsio facta postero die nõ uitiasset cõstõnẽ duorum reorũ,ergo interuallum unius diei non dicitur longum,alioqui uitiat.Opi.tñ Bar.ab omnibus approbat̃, & uera erit, tenendo, ꝙ oẽ non modicũ interuallũ in pposito dicat̃ lõgũ. Ex quo seq̃tur,ꝙ una dies dicat̃ modicũ interuallũ, d.l.continuus, & d.l.si ex duob.& iõ reuersus eadẽ die,dicitur reuersus intra modicũ tp̃s,qđ est no.ad intelligentiã tex.nostri.nã qđ fcm̃ est eadẽ die dicitur factũ sil̃,l.in operis,cũ gl.& ibi Bar.ff.loca.& istud tenẽdũ,q̃cq̃d dicãt Nouissimi, moti q̃busdã iuribus,q̃ nihil faciũt. Nõ ob.itaque tex.in l.si q̃s eũ,§ fi.ff.de vulg.uers.alia rursus hora.quia ibi patris testamẽtum erat perfectũ,nimirũ si testamentũ pupillare nõ p̃t dici alia hora fieri eodẽ contextu, q̃a quod perfectum est, partem nõ recipit,ſm gl.in l. bonæ fidei, C. de pac.nos loq̃mur in stipulõne imperfecta añ secutã rñsionẽ, q̃ si fiat eadẽ die, pficitur tanq̃ sil̃, seu modico interuallo facta. Non etiã ob.tex.in l.quoties,s̃. sol.mat.quia rñdetur,ꝙ ibi secuta traditione,actus est cõsummatus.Nõ quoque facit tex.in d. l.duos,quia dubitatio ibi nõ erat sup interuallo,ut putãt Nouissimi,sed super actu fideiussionis,an esset ɔ̃ri⁹ stipulõni. Nõ ob. deniq; tex.uers.aliud acceperit,q̃a intelligitur, aliud.s.negotiũ, ſm gl.& Doct.nõ aliud.s.momẽtũ,ut ipsi dñt.nõ discedas igi-
16 tur a cõi. Circa ultimũ,† an rñsio lõgo interuallo data obliget rñdentem in vim pacti nudi:ex dictis Ale. elicitur cõclo affirmatiua,ꝙ obligat respondentem, ut pactum nudum,& ita tenet Bal.in rub.C.de cõsti.pecu.col.fi.Intellige ſm Ale.post Bal. nisi interrogãs dixerit,pmittis p stipulationẽ? tũc rñsio non ualebit ẽt ut pactũ nudũ,q̃a si nõ ualet ut agit̃ p p defectũ formę, non ẽt ualet,ut ualere p̃t,§.seq.& in istis terminis loquit̃ Bart. in d.l.continuus,in prin.ſm d.Ale.Tu aduerte,q̃a attenta secũda rõne s̃.allegata,ꝙ rñsio propter longũ interuallũ nõ præsumatur data interrogationi pcedenti,indistincte debet ualere vt pactũ nudum,quia falsum est,ꝙ respondẽs agat se obligare per stipulationẽ.Itẽ aduerte,q̃a si uerũ esset,ꝙ partes dicãtur velle stipulari,ex eo,ꝙ pcessit interrogõ,ut dñt Senẽ.s̃.in ru.cõclo esset indistincte falsa per rõnem §. seq. & iõ ego in d.rubr.discessi ab opi.Sen.Vlt.intellige,vt non procedat quando respõsio lõgo interuallo fieret in absentia ptis,quia tũc valeret,vt simplex pollicitatio,ut dcm̃ fuit in rub. In eadem gl.ibi,nullu actu inter
129 *Res donatæ an per inobseruantiam possint vendicari, & an propter alimenta non præstita. 132.*

130 *Emphyteuta, qui tenetur ad canonem solum vnius nummi, cadit ab emphyteusi, si cessauerit per biennium.*

131 *Donatarius videtur magis delinquere non præstando rem modici momenti, quàm non præstando rem magni valoris.*

133 *Vtilis rei vendicatio, non currit cum actione personali. & quid ita.*

134 *Regula, neminem posse condicere rem suam præter quàm a fure, procedit in re sua ratione directi dominij, secus in re sua ratione vtilis dominij.*

135 *Possessio acquisita per statutum absque vlla apprehensione, habetur de iure speciali, & est possessio ficta.*

136 *Vtilis rei vendicatio, de qua supra in l. quoties, de donatio. competit contra tertium possessorem, in quem facta fuit alienatio ante litem motam super ingratitudine.*

Tantummodò, dictio, est taxatiua.

137 *Vasallus feudo priuari non debet propter inobseruantiam, nisi expressè reperiatur lege cautum. & an ex vrgentiori causa quàm fuit expressa, priuari possit. 138.*

139 *Dictio taxatiua nunquam excludit casus similes.*

140 *Dictio taxatiua excludit extensionem, nisi reperiatur aliquo casu facta per legem. & 143.*

141 *Ius diuinum potest ex eadem vel maiori causa limitari per legem humanam, sicut res effecta alienabilis, perpetuo durat alienabilis.*

142 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*

144 *Genus vt proprie comprehendit suas species, ita ratio generalis complectitur omnes casus sub ratione comprehensos.*

145 *Aequitas in similibus causis, similia iura desiderat, ideo ex similibus vel maioribus causis contrahitur obligatio digna priuatione beneficij.*

146 *Iure datoris resoluitur ius acceptoris.*

147 *Dona hypothecata uel pignorata, non dicuntur propriè alienata.*

148 *Donatio ob causam an ex alijs pluribus causis, quàm dictis supra reuocetur, quòd non, & quid ita. nu. 149.*

Donatio ob causam, est potius permutatio, quàm donatio.

150 *Donatio remuneratoria non potest reuocari propter ingratitudinem.*

151 *Donatio non reuocatur propter ingratitudinem, nisi donator declarauit motum animi sui. Item nec legatum.*

152 *Legata non reuocantur propter ingratitudinem, aut capitales inimicitias ipso iure, sed ope exceptionis. quod limitatur. 153.*

154 *Institutio hæredis an tacite admittatur propter grauissimas inimicitias. quòd non. Et quid si inimicitia causata fuerit culpa instituti, & non testatoris. 155.*

156 *Ingratus non repellitur a successione ab intestato, nisi successores ab intestato occidissent defunctum. 157.*

158 *Habēs collationem, potest priuari beneficio propter impetrationē postea de eo beneficio habito ab inferiore, propter ingratitudinem, quam committit erga superiorem, sicut etiam potest priuari vasallus, qui feudum ab alio recognoscit. 159.*

160 *Collatio respectu conferentis, non est simpliciter donatio, cum teneatur cōferre beneficia vacantia.*

161 *Beneficium datur propter officium.*

162 *Aduocatus beneficiatus vt postulet pro ecclesia, si contra facit, venit beneficio priuandus, tanquam non seruans conuenta.*

163 *Donatio an reuocari possit, si donatarius egenti donatori alimenta non præstiterit.*

164 *Argumentum de ingratitudine donatarij, ad ingratitudinem liberti, vel patroni, valet, sed non econtra.*

165 *Donatarius non dicitur ingratus propter alimenta non præstita donatori, qui reseruauit sibi fructus rerum donatarum, tamen distinguendum est.*

166 *Ingratitudo debet esse damnosa ingrato, non autem esse vtilis.*

167 *Emancipati reuocantur in patriam potestatem quo ad onera, non quò ad honores, propter ingratitudinem.*

168 *Procurator si mutauit conditionem in deterius, & effectus fuerit vnus ribaldus vel barattator, ab eo reuocatur mandatum.*

169 *Donatio ex causa dotis, dicitur pura & simplex donatio.*

170 *Donatio facta ecclesiæ, vel piæ causæ, non reuocatur prætextu ingratitudinis. & nu. 172. & an valeat pactum de eo. nu. 180. & 181.*

171 *Ingratitudo vxoris non præiudicare debet marito.*

173 *Donatio facta ecclesiæ, an possit reuocari propter ingratitudinem prælati. remissiuè.*

174 *Ecclesia non incidit in pœnam l. si quis in tātam, propter violentiam prelati.*

175 *An si prælatus non soluit canonem pro re, quam ecclesia habet in emphyteusim, & cadat in commissum pro vita ipsius, eo mortuo redeat ad successorem.*

176 *Ingratitudo patris contra donatorem, an noceat filio donatario. Item an impediat quominus filius possit querelare ex propria persona testamentum aui. 177.*

178 *Ingratitudo filij non debet nocere patri donatario. Et patri habenti vsum fructum bonorum donatorum. 179.*

182 *Pactum, quòd non possit reuocari donatio propter ingratitudinem, quæ cōmittitur etiam delinquendo, valet.*

183 *Iurans non reuocare donationem ex causa ingratitudinis, an obligetur ex iuramento, & an per reuocationem incurrat periurium, sicut promittens non reuocare procuratorem, incurrit, si reuocet. 184.*

185 *In causa reuocationis vter debeat probare, an donator ingratitudinem, an donatarius se fuisse gratum.*

186 *Donator, qui reuocauit donationem ex causa, quia donatarius non adimpleuit conuenta, tenetur probare illam negatiuam.*

187 *Obligatus ad dandum vel faciendum aliquid, debet probare se soluisse, vel fecisse.*

188 *Probatio facta parti extra iudicium, an valeat? quòd non.*

189 *Ingratitudini probandæ an sit deferendum iuramentū in supplementum. vbi quòd non, quando lex aliquid indulget sub conditione, si fuerit probatum. 190.*

191 *Probatio contra regulas iuris, debet esse magis certa, quàm probatio regularis.*

192 *Iuramentum non defertur ad probandum dolum. & quid ita.*

193 *Probatio famæ cum vno teste, non facit apertissimam probationem.*

194 *Infames facti in probatione ingratitudinis, sunt repellendi.*

195 *Ingratitudinem an probent duo testes, quorum vnus deponit de facto, ex quo resultat ingratitudo, alter de confessione ingratitudinis facta per donatarium. quod & limita num. 196. & 197.*

198 *Probationes factæ contra ingratum in causa criminali, probent ne in causa ciuili.*

199 *Donator an teneatur probare tempus & locum ingratitudinis commissæ.*

200 *Probatio temporis non est necessaria vbi tempus non est de substantia actus.*

201 *Ius reuocandi donationem propter ingratitudinem, an transmittatur ad hæredes.*

202 *Actiones, quæ ex delicto nascuntur, ad hæredes non transeunt, & quid ita.*

203 *Hæres mariti non potest vxori dotem repetenti opponere, quòd ipsa dotem perdiderit propter adulterium, de quo maritus querelam non fecit.*

204 *Mulier habens duos filios, quorum alter mortuus est ante quàm nuberet, alter post quàm secundo nupsit, non priuatur successione filij, qui de transitu ad secunda vota non fuit conquestus.*

205 *Pater si reconciliauerit se cum filio, quem ex causa exhæredauerat, exhæredatio adempta videtur.*

206 *Donator non prosequendo iniuriam, cum possit, censetur remisisse ius reuocandi donationem.*

207 *Donatarius si relictam donatoris vxorem intra annum luctus est adulteratus, an tanquam ingratus donatione debeat priuari.*

208 *Donator si extra iudicium donationem reuocauerit, an hæres poterit mouere querimoniam in iudicio, & repetere bona donata ab ingrato. quod limita num. 211.*

209 *Hæres non potest reuocare donationem ex causa ingratitudinis prouenientis ex non implemento conuentorum.*

210 *Donationem reuocare matri ex quot causis liceat.*

212 *Condictio ex hac lege competit propter iniuriam illatam donatori.*

213 *Actiones ex delicto, competunt in hæredes.*

214 *Ius agendi ad reuocationem donationis propter ingratitudinem, licet non detur in hæredem donatarij, de quo donator conquestus non fuit, attamen in eum datur ius excipiendi si res nondum foret tradita.*

215 *Actio donationis reuocandæ, an detur in hæredes, qui mortuo donatario atrocem iniuriam intulerunt donatori.*

216 *Donatione reuocata propter ingratitudinē donatarij, an bona donata pertineant ad donatorem, an ad substitutum in donatione, post mortē donatarij. quòd ad substitutum, & ita nu. 217.*

218 *Renunciatio tacita idem ne debeat operari, quod expressa. & nu. 219.*

220 *Substitutioni locus ne esse debeat post mortem ingrati donatarij.*

221 *Donatarius ingratus tenetur restituere fructus perceptos ex prædiis donatis.*

222 *Clerici, qui non dicunt officium, ingrati sunt Deo, & hominibus, ad restitutionemq; fructuum tenentur.*

223 *Filius ingratus erga patrem, si fecerit pœnitentiā viuo patre, ex illa causa amplius exhæredari non potest. Item de filia, quæ peccauerit in corpus suum, & patre viuo resipuerit. 224. quod limita nu. 226.*

225 *Ingratitudinis vitium purgatur per religionis ingressum.*

227 *Furiosus exhæredari potest ex causa ingratitudinis commissa ante furorem. Item & feudo, propter felloniam factam domino ante furorem. 228.*

Mitius agitur cum Deo, quàm cum homine.

229 *Furiosus habetur pro mortuo.*

230 *Curator posset intentare actionem ex hac lege, si donatarius iniuriatus est donatori*

est donatori tempore furoris.
231 *Ius declarandi animum ac intentionem, non transit ad procuratorem, nisi habeat speciale mandatum.*
232 *Condictio ex hac lege, an a donatario præscribi possit.*
233 *Iura alteri quæsita, non præscribuntur cum mala fide, sed acquirenda per acceptationem, sic etiam a sciente.*
234 *Facultas luendi, quanto tempore præscribatur. Item, ius adeundi. Item querela.*
235 *Ius petendi supplementum legitimæ, succedit loco querelæ.*
236 *Feudo an priuari possit filius propter feloniam patris.*
237 *Feudum num a feudatario ingrato domini querela non præparata defuncti auferre possit hæres.*
238 *Sententia declaratoria vbi requiritur, an tunc per talem sententiam pœna transeat in hæredes.*

GEneraliter. Diuidit̃ in quatuor partes. In j. ponitur reguula. In ij. antẽ limitatio. In 3 ratio litationis. In 4. limitationis restrictio. Secunda ibi, si non donationis. Tertia ibi, ne sit cuiquam licentia. Vltima ibi, hoc tamen vsque &c. Varijs modis summatur, vt hic per scriben. & Albericus de Rosa. in his versibus summauit.

Quinque modis perdo, mihi quæ donata fueret:
Infero si damnum grauiter donantis in ære:
Si per me sit huic atrox iniuria facta;
Et sua persona manuali vulnere tacta:
Quando suæ vitæ crudeliter insidiabor:
Ingratum factum dic me, si fregero pactum.

Tu potes aliter & breuius sic summare. Donator, non etiam eius hæres, ab ingrato donata iure repetit.

Ingratum faciunt atrox iniuria, damnum,
Impia dextra, fides fracta, pericla necis.

No. tex. ibi, si non donationis acceptor ingratus, ꝙ propter in-
1 gratitudinem † potest reuocari perfecta donatio. Ad idem est
tex. in l. præced. & in c. fi. extra de do. Sic etiam ex causa ingrati
2 tudinis † amittitur feudum, c. j. §. porrò, quæ fue. prima causa
benefi. amit. c. j. quot testes sint neces. ad proban. feu. ingrati, &
3 c. de forma, xxij. q. vlti. Et propter † ingratitudinem libertus in
pristinam reducitur seruitutem, l. 2. C. de lib. & eorum li. c. octa
4 uo, xij. q. ij. † Sic filius emancipatus ingratus iterum paternam
potestatem subire cogitur, l. vni. s̃. de ingr. li. vbi Bal. refert, ꝙ is
qui primus statuit libertos ingra. esse in seruitutem reponendos, sic aiebat; esto seruus, quia liber esse nesciuisti. filio ingra.
esto subiectus, quia es libertatis immeritus. Et hæc est rõ, q̃a parentes non tenentur alere liberos ingratos, nec econtra liberi
tenentur alere parentes ingratos: nam ex eisdem causis, quibus
filius, vel pater potest exhæredari, possunt etiam alimenta denegari, l. si quis a liberis, §. idem iudex, ff. de lib. agn. & ibi no. per
gl. & Bar. & idem dicit gl. in l. fi. C. de alen. lib. & gl. §. si igitur,
in Auct. vt cum de appel. cog. traditur per Pau. de Ca. no. in c.
cum haberet, de eo, qui dux. in matri. quam pollu. per adult. Et
5 eadem ratione pater † non tenetur dotare filiam ingratam, s̃m
Bal. in l. fi. col. 3. C. de dot. promis. Hinc est, ꝙ occidens paren-
6 tes † ingratos, vel econtra, occidens liberos ingratos non tenetur pœna leg. Pomp. de parric. quia filius, vel pater ingratus, nõ
potest simpliciter dici filius, vel pater, l. diuus, & ibi glo. & Bar.
7 ff. ad leg. Pomp. de parric. qua ratione filius † ingratus nõ est sepeliendus in sepulchro parentum, secundum Ang. in l. ius fa-
8 miliarum, C. de reli. & sumpt. fune. Sic etiã filius † legitimatus
propter ingratitudinem potest in pristinum naturalitatis statum reduci, s̃m Bal. in c. j. §. filij nati, si de feu. fue. contr. inter
do. & agna. vasal. quod reputat singulare & mirabile Lud. Ro.
sing. ccxxij exordiente, Vltimo quæritur. pro quo facit tex. in
d. l. ij. C. de lib. & eor. liber. arguendo de libertis ad legitimatos,
9 † quod est validum arg. vt in Auct. vt libe. decætero, §. j. & in
Auct. quib. mod. nat. effi. legi. §. si quis ergo, bene etiam facit, q̃a
legitimatio dicitur dona. auc. item sine legimis, & in corpore
vnde sumitur, s̃. de natu. liber. Sed donatio reuocatur propter
ingratitudinem, vt hic, ergo etiam legitimatio. & faciunt quæ
10 dixi in l. si vnquam, q. xxiij. s̃. e. Sic miles, † vel Doct. ingratus, potest cingulo militiæ spoliari, l. j. §. fi. ff. de obseq. a liber. pa. præ-
11 stan. Et sicut reuocatur ab ingrato don. ita † etiam reuocari p̃t
immunitatis priuilegium, s̃m Bal. in d. l. ij. in fi. & Fely. in c. nouit, col. 8. de iudi. etiam si esset priuilegium pecunia comparatum, l. Titius puerum, ff. de obseq. a lib. patr. præstan. per quem
ita decidit Pau. de Ca. in l. digna vox, C. de legi. & sequitur Soc.
consi. 4. Super quæst. col. 4. lib. iii. Et ideo propter ingratitudinem perditur priuilegium, ne quis teneatur vltra quàm facere possit, vt per d. Ias. in §. fi. col. j. Instit. de actioni. aliàs est in
versi. sed & si quis. quia sicut ingratus perdit beneficium exigendi alimenta, vt s̃. dixi, & probatur in l. alimenta, ff. de libe.
12 agnoscen. ita perdit beneficium † ne conueniatur vltra, quàm
13 facere possit. Item liberi primi matrimonii, † ingrati aduersus
patrem vel matrem, quæ transiuit ad secunda vota, perdunt
beneficium sibi concessum per l. hac edictali, s̃. de secun. nup.
14 vt est casus in l. fi. s̃. eo. tit. vnde dicerem, ꝙ maritus † ingratus
non debet lucrari dotẽ b̃nficio statuti volentis maritũ lucrari
dotem vxoris defunctæ sine liberis, qđ firmant Bart. & alij in l.
si ab hostibus, §. j. ff. sol. mat. Et sicut pp ingratitudinem reuoca
15 tur donatio, pari modo reuocatur pactum † de non petendo,
ac liberatio & acceptilatio gratis facta debitori, quæ dicitur ẽt
don. vt dixi in l. si vnquam, q. 18. quod intelligit Ias. procedere,
quantum ad principalem obłonem, in qua ingratus reponendus est, non quantũ ad hypothecam bonorũ, quæ extincta nõ
reuiuiscit pp ingratitudinem. Ita concludit ipse in l. ex hoc iure, col. ix. ff. de iustit & iur. per tex. in l. j. §. cum venditor, ff. quib.
mod. pig. vel hyp. solui. qđ non puto verum, quia text. in d. §. cũ
venditor, procedit s̃m cõem intelł̃m eo casu, quo causa annullatiua donationis non est sufficiens ad annullandã hypothecã,
vt est causa, qua irritatur donatio inter virum & vxorem, quæ
cessat in hypotheca, l. etiam, s̃. ad Velleia. Secus si causa annullationis sit sufficiens ad annullandũ principale & accessoriũ, l.
debitum, C. de remis. pign. Sed causa ingratitudinis est sufficiẽs
ad annullandum vtrunque, vt patet ex prædictis. ergo &c. Item
16 ex † ingratitudine contrahitur odium & immicitia, pp quam
poterit ingratus vti suspectus testis recusari, §. sancimus, in Authen. de exh. re. quem no. ad hoc Legistæ, maximè Ias. in l. apertissimi, s̃. de iu. & Cano. in c. postremo, de appel. qua ratione di-
17 ci põt, ꝙ ingratus contra donarorem nõ sit integer testis, sine
omni exceptione maior, iuxta gl. in c. j. de consan. & affi. & in
§. item verborum, Inst. de inut. stip. Et hanc l. nobis insinuauit
Dominus noster cælestis, qui pp primi parentis ingratitudinẽ,
humanum genus immoralitatis dono priuauit, c. fi. v. di. & qui
ingratissimis Iudæis imperium ademit, ac vineam suam aliis
locauit agricolis. Et Persæ tanto ingratos odio prosequebant̃,
vt actionem popularem in eos instituerint; ea moti ratione, ꝙ
ingratitudinis vitio contemnitur Deus, læditur respublica, &
offenditur proximus, teste Xenophonte philosopho, & poeta
clarissimo, in vita Cyri Regis, de quo meminit And. Sicu. cõsi.
11. illud afferam col. 4. & consi. 6. præclare, col. v. lib. 2. Et dixit
Bal. in ti. de pa. Constan. p illum tex. ꝙ indulgens b̃nficia, expectat grata seruitia. Nil mirũ igitur, si ingrati p̃dunt gratias, quia
oppositũ destruit ꝓpositum. Quare vt perfectius & clarius ingratitudinis materiam habeamus, sequendo ordinem, quem
tenui in d. l. si vnquam, procedam per quæstiones, quas excitabo s̃m ordinem literæ. Et quia omnis, quæ a ratione suscipitur
institutio, a diffinitione recte proficiscitur, s̃m Cic. officiorum
lib. j. & probatur in l. i. ff. de iusti. & iure.

18 Primò quæro, q̃d sit ingratitudo? Diuus † Bernardus in sermone 50. super canticis, quẽ referunt Cano. in c. fi. de do. sic eã
describit. Ingratitudo, est vẽtus vrens, siccãs fontem misericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ. Alb. vero de Ros. in d. l. 2.
s̃. de lib. & eorum li. aliter eam depingit dicens, Ingratitudo est
virtutum dispersio, beneficiorum perditio, animæ inimica, desiccans fontem pietatis, & rorem diuinæ misericordiæ. Vel tu potes aliter describere. Ingratitudo est praua cordis intentio,
suum benefactorem non agnoscens.

Secundò quęro, ex qua radice nascatur ingratitudo? Respõ-
19 dent † Cano. in d. c. fi. ꝙ ex superbia & præsumptione: nam superbi sibi persuadent quæcunque seruitia sibi deberi. Hinc dixit Clau. superbia est virtutũ ingrata comes, & vitiũ rebus solẽne secũdis. Vel nascit̃ ex improbitate, teste Plauto, q̃ sic ait. Improbus nimiũ est, qui b̃nficiũ nouit accipere, reddere aũt nescit; & ingratus inter amicos sic versatur, sicut mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, c. & si Iudæos, de Iudæ.

Tertiò quæro, qualiter ꝯhatur ingratitudo? R̃ndeo dupliciter, omittendo & faciendo, i. non reddendo bona pro bonis, &
reddendo mala pro bonis. Vtrumq; ingratitudinis delictum
est: sed posterius, quia faciendo committitur, deterius esse probatur, c. sex differentiæ sunt, xxiij. q. 3. & firmat glo. in d. l. ij. Et
facit quod no. glo. in l. si mora, vbi Ale. & alij, ff. solu. mat. Rursus, Ingratitudo, q̃ omittendo incurritur, tres habet gradus s̃m
Senecam. positiuum, comparatiuum, & superlatiuum. Ingratus est, qui beneficium non reddit, ingratior qui dissimulat, ingratissimus omnium, qui obliuiscitur. vnde versus,

Dicitur ingratus acceptor, immemor omnis,
Ex cuius merito sequitur retributio nulla:
Et cui dicendi deest gratia, vel faciendi.

Quartò quæro, an ex quacunq; ingratitudinis causa possit
20 donatio reuocari? R̃ndet † Imperator, ꝙ ex causis hic expressis
duntaxat. & concordat tex. in c. fi. de do. Discutiamus ergo causas hic expressas, postea videbimus an ex causis simi. vel maioribus reuocari possit donatio. Causæ hic expressæ sunt quinq;.
Pro expeditione primæ causæ

Quintò quæro, quæ dicatur atrox iniuria? Respondet gl. tri-
21 bus † modis iniuriam dici atrocem, vt in §. atrox, Inst. de iniu.
& in l. prætor edixit, §. atrocem, ff. de iniur. sed hoc loco nõ crediderim dici atrocem iniuriã omnibus tribus modis, sed tñ
atrocẽ respũ verborum & infamiæ, l. j. §. iniuriam, ff. de iniur.
Et, ꝙ ita sit, patet de atroci iniuria, q̃ fit re ipsa in corpus, vel in

patrimonium,text.noster loquitur in sequentibus, vnde prius iniurias prosequamur verbales.

Sextò quero igit,si donatarius verbis tantummodo tentauerit pudicitiã vxoris vel filiæ donatoris,an possit reuocari donatio?Punctus stat in hoc,an dicatur atrox iniuria.Videtur,nõ dici posse atrocẽ,si blandis verbis tentauerit,p tex.l.item apud Labeonem,§.appellare,ff.de iniu.Et qa ſm Magrum amoris.

Quæ dant,quæq; negant,gaudent tamen esse rogatæ.

In ꝯrium facit text.in c.j.qui.mo.feu.amit.ibi,ꝯcubere se exercuerit,qui.n.verbis tentat pudicitiã alterius,se. ꝓculdubio exercet,vt cum ea ꝯcubat.& facit qđ dixit gl.in c.j.§.item si delatori,in fi.gl.mag.quæ fue.pri.cau.benef.ami.quę vult,ꝙ uasallus, qui lenonis officio usus fuit cum uxore domini sui, dicatur in

22 gratus taliter,ꝙ feudo possit priuari.Breuiter,† non uidetur dici atrocem iniuriã,pp quã sit locus reuocationi donatiõis, qa non ex hoc læsit dignitatem donatoris, nec eum infamẽ reddidit,qđ requiritur,ut dicatur atrox iniuria,d.§.atrox.Non ob. text.in d.c.j.quia rñdetur multipliciter.Primo,ꝙ illa uerba,cõcubere se exercuerit,debent intelligi de exercitio facti,non verbali tantum,ſm And.de Iser.& Bal.ibi.nec.n tam turpe est colloquiũ,q̃ tactus:nam uisus & sermo, sunt præparatoria remota,tactus autem est uicinus actui iuxta gl. in l. qđ ait,ff.de adul. Secundo rñdetur,ꝙ non uidetur bonum arg.de uasallo ad donatariũ,quia uasallus iurauit seruare honestatẽ domino suo, c.j.de no.fo.fide.ideo priuatur feudo, quia tentando pudicitiã dominæ suæ , turpiter facit contra proprium iuramentum; q̃ ratio cessat i donatario.Tertio dici potest, ꝙ ille text. procedit solum in uasallo cõmorante in domo dñi,ut probant illa uerba,hæc ita cõtinent,grauius.n.delinquit, qui tẽtat prostibulare eas in domo,in qua habitat,d.l.quod ait,& d.cap.j. quæ fue. pri.cau.benefi.amit.quod non firmo,quia illa uerba communiter non habentur in antiquis libris.

Septimò quæro,quid,si donatarius dixerit donatorem esse

23 cornutum,an ista dicatur † atrox iniuria:uidetur,ꝙ non , quia deferre cornua est signum potẽtatus & dominij, iuxta illud,

Munera data sunt vxoris signa coronæ

Instar,quæ Regibus similes esse facit.

Sed ꝯrium uerius esse rñdeo per text.cum gl.in l.si inimicitiæ,

24 ff.de his,quib.ut indig.Sed quid si appellauerit † eum maleficum & incantatorem? dic etiam dici atrocẽ iniuriam intulisse,& ob hanc cãm donationẽ reuocari,l.i.§.fi.ff.de obseq.a lib. ibi gl.& in summa,sola acerbitate cõuicii reuocari põt donatio,l.vni.ꝯ.de ingr.li.Sed hic cadit dubitatio,an donatarius, qui ꝓtulit in donatorẽ verũ cõuitiũ,licèt acerbũ,priuari possit do

25 natione?† Videret prima facie dđm,donatariũ non esse ob eã rem cõdẽnandũ,quia reipublicę interest peccata nocentiũ omnibus nota esse,l.eum,qui nocentẽ,ff.de iniuriis. In ꝯrium facit iste text.in sui gñalitate,& in sui rõne.nam legislator solum videtur cõsiderare ingratitudinẽ iniuriantis suum bñfactorẽ, cui tenebatur bñfacere,l.sed & si lege,§.cõsuluit, ff. d peti.her. Quid tenendũ?Quidã dñt,aut non interest reipub. cõuitiũ publicari:exemplũ,qn donatarius exprobauit donatori,ꝙ est cor

26 nutus,& tunc donatarius iniuriarũ tenetur, quia † iniuriosum est nřos defectus detegi,l.2.C.qñ & q.quar.pars deb.lib.x.merito põt donatione priuari.aut reipub.interest. Exemplũ , si dicatur donatorẽ esse maleficũ,hæreticũ,ꝓditorẽ, & similia , & tunc donatarius non tenetur iniuriarũ , & ꝯñr nec donatione priuabitur.& hanc sñiam tenuit Bar.in d.l.eum qui.Cy. & Pet. in l.si non cõuitii,C.de iniu.Alii vero aliter distinguũt.Aut donatarius cõuitiatus est donãtẽ ex iudiciũ,aut in iudicio.Primo casu,cõstat,ꝙ animo iniuriandi ꝯuitiatus est,vt quia famosum edidit libellum,& tunc iniuriarũ tenetur , & sic pp iniuriã do

27 natio poterit reuocari, quia † ueritas conuitii non eximit iniuriãtem ab actione iniuriarũ,l.i.C.de famo.li.l.3.C. de offi.rec. ꝓuinc.ibi,& si uerę uoces sint,nec ad libidinẽ &c. Aut ꝯstat,ꝙ non est conuitiatus animo iniuriandi,sed potius animo corrigendi,& tunc non tenet̃ iniuriarũ,nec donatio poterit reuocari,quia iniuria ex affectu facientis pẽsatur,l.illud,§.i.ff.de iniur. l.qui iniuriæ,ff.de fur.nam qui fratrẽ suũ corrigit, & reprehendit,retributionẽ meret̃,non pænã:quia eleemosynæ genus est, errantes reprehendere,xlv.dist.c. tria sunt. Aut dubitatur quo aĩo cõuitiatus sit,& tunc ad ꝯiecturas recurrẽdũ est. nam si in rixa & criminosè cõuitiũ ꝓtulit,tũc iniuriãdi aĩo ꝓlatũ uidet: si uero modestè ꝯuitiatus est,nulla rixa ꝓcedente,dicã aĩo corrigendi cõuitiatũ fuisse,per not. per Bal. in l.i.col.4.C. de eru.

28 fugi. & Ale.consi.128. qm̃ abunde,lib.4. Nã uerba † in dubio intelliguntur ꝓlata in bonã partẽ,ut per gl.& scrib.in l.2.C.de his,quibus ut indig.Dec,consi. 188.lætatus,col.2.& vii.nisi qualitas personę ꝯuitiantis,locus,tempus,vel ꝯuitiũ , qđ exprobatum fuit,aliud ostendant.Nam ex ꝑsonis hoĩum sunt dicta pẽsanda,l.i.C.si qs Imp.maledi.Quid.n.si meretrix meretricẽ ꝯuitietur,qđ si usurarius vsurariũ?Certè nõ aĩo corrigendi ꝯuitiũ ꝓlatum putabo,qa qui eadem facit, putæ corrigit,erroris magister dicitur,nõ corrector,c.nos si incõpetẽter,2.q.vii.& tradit per Abb.in c.nouit,col.xiiii.in fi.de iudi. Scđo casu, qñ in iudicio,& tunc si cõuitians ꝯuitiũ probet,nõ tenet̃ iniuriarũ, quia iuris executio non habet iniuriã,l.iniuriã,ff. de iniur.l. nullus videtur,de reg iur.c.nouit,de appel. Ita notanter distinguit Io.An.in addi.Spec.tit.de iniur. post princ. sequuntur Pan. & Mod.in cap.cũ te,de re iud.Ex præmissis infertur donatarium, qui iustè accusauerit,vel detulerit donantẽ de aliquo graui delicto,quod iudicaliter probauit, non esse donatione priuandũ,& ita tenent And.de Iser.& Alua.in c.j.§.item si delator, q̃ fue.pri.cau. benefi.amit.ita limitantes illum tex. qui vult vasallũ accusatorem vel delatorẽ dñi posse feudo priuari,vt procedat, si indebitè,vel iniustè detulerit vel accusauerit,secus si iustè,& pro veritate.Sed in contrarium vrget text.in §.causas,in Auct. vt cum de appel.cogn. vbi filius delator , vel accusator patris, exhæredari põt,ẽt si crimen probauerit,dummodò nõ sit crimen ꝯ Principẽ,vel pꝛiam.Sed ꝯsidera,ꝙ filius magis tenetur patri,q̃ donata ius donatori, vel vasallus dño. Item impudentius,longè inhumanius ac crudelius est,iudicium cri.in pr̃em, q̃ in donatariũ Nulli.n.parietes nřam salutẽ tueri possent,nullæ leges,si filiis liberã esset facultas accusandi parentes,vt đ seruus dixit Cice.in orõne pro Deiotaro Rege,& ꝓbatur in l.fi.C. de delatori.li.x.vbi lex tanto odio habet seruos delatores dominorũ,ꝙ eos seuerissimè castigat, etiã si obiecta ꝓbauerint. In ꝯrium ẽt vrget tex.in l.j.ff. de his , quibus vt indig. vbi libertus accusans patronum quasi illicitæ mercis negotiatorẽ amittit legatũ,dato,ꝙ verè accusauerit,& a fisco præmiũ liberta. meruerit,& hæc fortè opin.verior est.

29 Octauò quæro,an donatarius,† qui testimonium perhibuit in causa crimi. ꝯ donantem,dicatur ingratus taliter, ꝙ possit donatione priuari?videtur,ꝙ sic per prædicta,& p tex. in l. qui cũ maior,§.sed etsi accusauerit,ff.de bo.libe. per quẽ text.gl. in

30 d.§.item si delator,tenuit vasallũ per † testimonium ꝯ dñm in causa capitali posse feudo priuari. facit text.in l. post legatum, §.his vero,ff.de his,quib. vt ind.quod intelligunt gl. & Bar. & alii,ibi verum esse,si legatarius spontè perhibuerit testimoniũ. Secus si coactus,per text. in §.aduocatum,ea.l. & ita tenet gl. quam ibi sequuntur Cano.in c.veniens 2.vlt.glo. in fi.de testi. Qualiter autem dicatur testis spontè testificari, declaratur ibi per Bart.ad quem te remitto.

31 Nono quæro,an donatarius † pp aduocationem ꝯ donãtẽ in causa capitali,vel aliàs magna, priuandus sit donatione? Vř ꝙ non per tex.in d.§.aduocatum, vbi Albe.de Ros.in hanc inclinat sñiam,& per tex.in d.l.qui cum maior,§.si patroni filius. In ꝯrium facit,qđ decidit gl.*communiter* approbata in d.§.item si delator. quę concludit vasallum pp aduocationẽ præstitam ꝯ dñm posse feudo iure priuari , & hanc partem tenet Barb.ꝯsi. 11.Scripsit bellissimè,col.4.lib.j per text. in l. qui necessario,C de adu.diuer.iud.vbi ſm eũ probatur,ꝙ aduocans ꝯ rempub. in qua habet offic.vti ingratus salariũ amittit , ad idẽ tex. & ibi not.Pan.in c.fin.de postu.Quid tenendũ?videtur sic distinguẽdũ.Aut donatarius spontè aduocat,vel cõsultat ꝯ donantẽ in causa famosa & magna ꝯ veritatẽ,& tunc tanq̃ ingratus priuari põt.Aut iustè cõsuluit vel aduocauit, & tunc aut spõte,& vti ingratus vř priuandus per ea, q̃ dixi ꝯ.de teste.Aut coactus , & tunc necessitas eum excusabit,& in istis terminis ꝓcedit tex. in d.§.aduocatũ. qui loquitur in aduocato fisci,qui ex necessitate officij cogit̃ suscipere pꝛocinium pro fisco , & idẽ dico in quolibet aduocato,qui sit iussus a iudice suscipere pꝛocinium , ꝯ do-

32 nantẽ:nã † Doct.pt cogi suscipere pꝛocinium.l. sancimus,la.j.C. de adu,diuer.iud. & ibi Bar.& Sali.l.j.§.ait ptor,ff.de postul.traditur per Fel.in c.si pro debilitate,col.fi. de off. deleg. Non ob. tex.in §.si pꝛoni filius.quia ibi dř,ꝙ filius pꝛoni,si postulet ꝯ libertũ,non priuat̃ successione,qa accusauerit,cũ aliud sit postulare,aliud accusare.sed si q̃reret̃,an pp solã aduocationẽ spõte præstitam dicatur aduocatus ingratus beneficiorũ acceptorũ ab eo,ꝯ quem aduocat, Iuriscon. aliter rñdisset. Sustinendo tñ ꝯriam opinionem , dici potest,ꝙ si ingratus sit:tñ talis ingratitudo non est de expressis in hac l. nec de similibus.nam aduocatus crimen non obijcit,vt dicitur in d. §. si patroni. & ꝓpea nullam infert iniuriam,sed more Scæuolæ ſm proposita de iure rñdet. Et hanc partem tenendo,non obstat similitudo de vasallo,quia nõ vř bona similitudo per ea,quæ dixi ꝯ.q.vj.Et licèt Iacob.Alua.in c.i.§.porrò,arguat de feudis ad donationem,per tex.in §.prædictis modis,eo.ti. tñ ille tex.solum probat,ꝙ eisdẽ modis reuocetur feudum,quibus donatio, non autem econtra,ꝙ eisdem modis reuocetur donatio,quibus reuocetur feudum. Non etiam obstat tex.in d.l.qui necessariò.qa ibi non dř, ꝙ aduocans ꝯ rempubl.perdat offi.& si diceretur,esset spãle in casu illo.Et ratio specialitatis esset,quia aduocans ibi erat Decurio qui rõne officij tenebatur defendere rẽpublicã, meritò priuatur,si ꝯuenit obligationi.

Decimò dubitatur,an donatarius,qui iudicauit in cã crimi.

33 vel aliàs magna ꝯ donãtẽ,donatione † priuandus sit? Breuiter, aut iustè iudicauit,& tunc non credo pp sententiam iustam donantem posse reuocare donationem , quia munus iudicandi necessarium est,l.munerum,§.iudicandi,ff. de munc. & hon. & sicut

& sicut necessitas officij excusat aduocatū,d.§.aduocatū,& dixi in præcedenti q. pari modo excusabit iud. Et quia s̃m Psal. Beatus est,qui omni tēpore facit iustitiā,nec dicitur gladiū capere,qui ꝓ iustitia capit,c. ille glad.xxiij.q.4. facit dictū Bal. in l.Decuriones,§.ex qui.cau.infa.irro.vbi dicit,ꝙ statutū loquēs
34 † de homicida,non habet locum in iudice,quæ s̃nia plures decapitari fecit,& ita tenet Pet.de Anch.& Barba.in d.c.fina.Aut iudicauit iniuste,& tunc aut per dolum,& quia liquet eū iniuriatum fuisse donatori,l.item apud Labeonē,§. idem ait,2. de iniur.& l.fi.C.de pœna iud.qui male iudi. & tunc reuocari poterit dona.Aut per imperitiam,& tunc aut cōsuluit peritiores, qui ei iniustū cōsi.dederunt,& venit excusandus,l.2.ff.qđ quisque iur,Aut non consuluit peritiores , sed per imperitiā ꝓpriā male iudicauit,& videtur tunc donatione priuandus, qa fuit in dissoluta negligentia,quæ ꝓpriè dolus est,l. quod Nerua,ff. depo.qua ratione gl.in §.item si delator,tenet, ꝙ hoc casu vasal.feu.priuetur,sequitur Alu.restringendo istud ad sententiam latam in causa crimi.secus in causa ciuili.Sed tu considera, ꝙ si ex iniusta sententia lata in causa ciuili donator grauē iacturam suæ substantiæ passus fuerit, ꝙ ratione damni illati reuocari poterit donatio per istum text. Sed si nullum,vel modicū damnum senserit,procedat opi.Alua.de quo j̃. dicam.

Vndecimò prosequendo intell̃m horum verborū, & ita vt
35 iniurias atroces,quæro,an donatarius,† qui adulterauit vxorē donantis,dicatur donatori intulisse atrocē iniuriam? Breuiter r̄ndendū est,ꝙ sic,nam si appellando eū cornutū, dicitur atrocē iniuriā facere.vt s̃.dixi.q.7.multo certe maiorem infert iniuriam adulterando.Nam(vt cōi apud nos fertur ꝓuerbio) facta sunt masculina,verba aūt fæminina.facta.n.fortiora sunt ad demonstrandū aīum iniuriantis,quia verba sæpe ꝓferunt̄ ꝑter intentionē loquentis,c.dilecti. de appell.c.æstimār,xj q.3. Et bn̄ facit tex.in l.codicillis,§.matre,ff.de leg.ij.& alia mihi deteriora facit,q̄ verba adulterium vxoris referuntur s̃m scribē. & sic
36 ibi ꝓbatur,ꝙ qui adulterat uxorē donatoris,† grauius eum offendit,q̄ si eius filium interimeret,quē tex.ad hoc ēt ponderauit Alex.consi.24.col.x.lib.2.& Dec. post alios in c. at si cleri, §.de adulterijs,col.3.de iud.sic isto respectu adulteriū dicitur grauius delictum, q̄ homicidiū. Sed re vera homicidiū maius crimē est,vt no.per glo.in c.quid in oībus,xxxij.q.vij. & in d.§. de adulterijs.& per Imo.in l.fi.§.j.ff.de publ.comprobatur,quia
37 uasallus † adulterās uxorē dn̄i sui priuat̄ feud.c.j.§.j. quib.mo. feu.ami.qđ uerum,s̃m Aluar.& *communiter* alios ibi,ēt si uolentem & cōsentientē uxorē dn̄i adulterauerit per tex.in l.j.§. usq; adeo,ff.de iniur.Et idē dđm,si sponsam donatoris deuirginauerit,& multo magis, quia primū florem donatori surripuit, s̃m Aluaro.in d.§.i.per q̄dam iura, q̄ parū faciunt , sed poterat allegare tex.in l.item apud Labeonē,§.sponsam,ff. de iniur. & in l.ꝑ uiolatā,C.de adul.Sed dubitari pōt,an donatarius pos-
38 sit priuari dona.si adulterauerit † relictā per donantē? uidereť ꝙ non,quia nec uasallus ex hac causa priuatur feud.c.2.de feu. sine culpa non amit.ibi,dn̄o uiuente.ergo secus eo mortuo,arguendo a ɔ̃rio sensu.Et ibi ita in uasallo firmat Bald. in ɔ̃rium facit,quia donatarius adulterando uxorem donatoris defuncti,dicitur iniuriam facere donatori defuncto,§.fi. in Auth. de restit.& ea,quæ parit in xi.mense. & in Auth. de nup.§. sinaūt. Hinc ab hærede vel legatario adulterante vxorem defuncti,hered.vel legatum auferri pōt,tanq̄ ab indigno,s̃m gl.& Bart. & alios in l.sororem,§.de his,qui.vt indig.& Bart.in l.fideic.C.de fideic.Quid tenēdum est?punctus stat in hoc,an ad hæredem, vel ad fiscum hoc casu competat ius reuocandi donationē ex causa,ꝑ quam defunctus verisimiliter ipsam donationem retractasset,si ad eius notitiā deuenisset , de quo dicam loco suo. Sed quid si adulterauerit cōcubinam donatoris? Videtur,ꝙ reuocari possit donatio,quia ex hac cā filium pater, & patrē filiꝰ exhæredare pōt,§.causas,& §.sancimus,in Auth.vt cum de appellatio.cogno.& quia etiam vasallus ex causa pōt feudo priuari,s̃m Iacob.Ardi.& Iac.Aluaro. in c.i.§.i. quibus mod. feu. amit.quod pōt ꝓcedere de iure antiquo,quo cōcubinatus erat permissus.Sed forte de iure hodierno,quo concubinatus est reprobatus ēt de iure ciuili,s̃m Doc. *cōmuniter*,per tex.in c.i.de fi. nat.ex matri. ad Morg.ɔ̃ct. vt dixi in l. si vnquam.qō.28.s̃.eo.
39 ista decisio nō ꝓcederet.Nam s̃m Alua.vasallus † non priuat̄ feudo eo casu,quo concubinatus est reprobatus: vt si cognosceret cōcubinā dn̄i habentis vxorem,quia tunc talis concubi
40 natus est reprobatus,& illicitus.Tu cōsidera,ꝙ donatarius † ɔgnoscēdo ɔcubinā donatoris iniuriat̄ donatori, & ꝑ iniuriā pōt donator reuocare donationē, q̄ iniuria nō cessat,dato, ꝙ cōcubinatus sit hodie reprobatus:qa licēt ɔcubinatus sit reꝓbatus,tn̄ filii nati ex ɔcubinatu sunt successibiles,c.ꝑ venerabilem,& ibi no.Pan.q filij sint legiti.Non debet ergo donatarius perturbare sanguinē,& filiū forte supponere,ex qua sanguinis ꝑturbatiōe causat̄ atrox iniuria:q̄ rō cessat,seu tāta nō militat, qn̄ filij non sunt successibiles. Ex quo infero, ꝙ donatarius co-
41 gnoscēs † ancillā donatoris,non pōt priuari donōne,qa ista nō vr̄ atrox iniuria,quāq̄ donator ad talem ancillā accederet vti ad concubinā,qa hmōi ancillæ,q̄ retinent̄ in domo tā ꝓ seruitio gulæ,q̄ vuluæ,non dn̄r ꝓpriè cōcubinæ,cū non retineant̄ in schemate cōcubinatus,s̃m Bart.in l.fi.ff.de cōcub.Bal.cōs.206. Casus talis est,quidā,lib.3.Facit quod volūt And.de Iser.& Alua in d.c.j.§.j.vbi concludunt,ꝙ vasallus, qui ꝑ iurm̄ fidelitatis est obligatus seruare honestatē dn̄o, non tn̄ priuatur feudo, si concubuerit cū santicella domini,quod ēt voluit do.Præpositus Alex.in c.de forma fid.col.2.q.v.Sed quid si deflorauit fi-
42 liam donatoris?crederē istā dici atrocē iniuriā.† & idem si deflorauit neptem vel pronepotem,nā ex tali defloratione grauē honoris & substantiæ iacturam infert donatori, qui dehonestatam filiam nisi cum maxima dote viro ēt mediocri nuptui tradere non valebit, & in istis terminis videtur intelligendus tex.in d.l.codicillis,§. matre. illa.n. verba & alia deteriora mihi fecit,de adulterio non sunt(vt puto) intelligenda, quia maritus verisir̄ non instituisset vxorem,si cōmisisset adulteriū cū fratre suo, & bene seruit tex.in d.c.j.§.j. vbi deciditur vasallum posse feudo priuari,si filiam dn̄i carnaliter cognouerit; & idem crederem,si adulterasset aliam,vel neptem iam nuptam, & dotatā. Nam cū patri liceat hoc casu interficere ipsum donatariū, multò magis ei licebit donationem reuocare,l.nec in ea,ff.de adul.Sed maior dubitatio est si donatarius deflorauit,vel adulterauit sororem donatoris.Et prima facie videreť donationem non posse reuocari,quia fratri non cōpetit actio iniuriarū pro iniuria facta sorori,l.j.§. spectat,ff. de iniu.l.3.ff. de lib. cau.Et
43 quia si vasallus † occidat sororem vel fratrem dn̄i, non priuat̄ feudo,c.j.an ille,qui interfecit fratrem do.sui. Ergo multò minus ꝑ adulterium debet priuari donatarius donatione. Nam de feudatario ad donatarium in hac mā videt̄ optimū argm̄ negatiuè.In ɔ̃rium facit tex.in d.c.j.§.j. quib.mo. vbi deciditur
44 vasallum,† qui cum sorore dn̄i concubuit, posse feudo priuari,ergo etiam donatarius.Sed ad istum tex.potest respondere,ꝙ
45 de feudatario ad donatariū † in hac mā pœnali nō ualet argm̄ affirmatiuè,quia maior ratio militat ɔ̃ feudatariū, q̄ ɔ̃ donatariū vt dixi s̃.qōne vj.Circa hanc dubitationē cōsidero,utrū cognouerit sororē donatoris,nuptam,& extra domū donatoris, & tūc casus est clarus,ꝙ nō priuat̄,qa hoc casu nō priuat̄ uasallus,d.§.j.ubi quantum ad sororē exigit̄,ꝙ cognouerit eā in domo domini,licēt quantū ad filiā,vxorē,uel nurū, priueť feudo quocunq; loco eis se immiscuerit,s̃m Bald. Alua.& alio cōiter. an cognouerit sororem innuptam in domo fratris donatoris manentem,& stat dubitatio,quia uasallus ex hac causa absque dubio potest feudo priuari,c.rursus, q̄ fue.pri. cā benefi. amit.
46 videretur hoc casu ēt donatariū † priuari posse,quia honorē & substantiam donatoris læsit:nā cū innupta opus erit ampliori dote,si eam nubere uelit; & maior infamia est fratri, ꝙ soror nondū nupta fuerit deflorata,q̄ si foret nupta,ut docet experiētia,a qua licet arguere,cle.dispendiosam,de iudi.& infamia augetur ex eo,ꝙ in domo habitationis ipsius donatoris fuerit deuirginata ratione negligentiæ & culpæ, qua potest notari frater,ꝙ non occurrerit tali delicto,l.ait prætor,ff.de adul.Quibus oībus consideratis uidetur illata grauis & atrox iniuria ipsi donatori,ergo retractare poterit donationē.Sed remanet alia dubitatio,quid si adulterauerit sororem donatoris nuptā morantē in domo fratris unà cū marito?Posset hoc casu r̄nderi,ꝙ ista non sit grauis iniuria,& ɔ̃n non possit donatio reuocari. Nā hoc casu nullam iacturam substantiæ patitur donator; non ēt grauem infamiam substinet ex eo,ꝙ minus diligēs fuerit, quia maritatæ non solent custodiri,& si quæ culpa in non custodiendo considerari posset,illa esset mariti, non fratris. Nam maritus regere & custodire vxorem debet,c. pen. & fi.32.q.vj. & ideo tex.in d.§.rursus,duo copulatiuè requirit ad hoc,vt vasallus cognoscens carnaliter sororem domini priuetur feudo,vi-
47 delicet,† ꝙ soror maneat in domo domini,& ꝙ sit in capillo. i.nondum nupta,quod est a Lōgobardorum moribus tractū. vbi innuptæ nudo incedunt capite,nuptæ verò velato,33.q.v. c.hæc imago.nec placuit mihi sententia Alu.in d.§. rursus,qui extendit illum text. ad vasallum adulterantem sororem dn̄i nuptam manentem in domo dn̄i,per tex.in d.c.j.§.j. qui considerasse videtur delictū esse cōmissum in domo:quia r̄ndeť triplr̄.Primo,ꝙ illa verba,hæc ita obtinent si in domo dn̄i maneat nō sunt in veris libris,s̃m gl.ibi.Scđo,posito,ꝙ in veris libris essent talia verba,r̄ndetur,ꝙ ille text.generaliter loquēs debet restringi & declarari per tex.in d.§.rursus.vt intelligatur de sorore innupta,l. sed & posteriores,ff. de legib. Vel tertio dici potest,ꝙ illa verba debent intelligi de vasallo , q commoratur in domo domini simul cum sorore:tūc.n. vasallus grauius iniuriatur domino,qui de eo confidebat.nam s̃m Grego. super Homelia,ea nos mala plus tormentant,quæ patimur ab illis, in quorum mentibus bene præsumebamus,& dixi s̃.q.vj. præmissa omnia,quatenus conclusum fuit donatarium donatione priuari posse propter adulterium vel deflorationem vxoris, filiæ,neptis,& sororis donatoris, intelligenda sunt, si scienter donatarius se immisceat,secus si ignoranter,vt quia inuenit filiam donatoris in suo lecto,credēs eā esse vxorē suā,s̃m Alua. in d.c.j.

in d.c.j.§.j.Pro quo adduco text.in c.in lectum,xxxiiij.q.j.vbi decidit̃ur,ꝙ cognoſcens alterius vxorem nõ cõmittit adulteriũ, ſi ꝓbauerit ſe ignoranter cum ea in vno lecto dormiuiſſe:ignorans † n.non delinquit,l.ſi ignorans,ff.loca.l. ex maleficijs,§.fi. ff.de act.& obl.c.ſi vero aliquis, de ſent.excõ. cum ſimil. Item intellige,ſi ꝯ voluntatem donantis talia attentauerit, ſecꝰ ſi eo volente:quia volenti & ſcienti non infertur iniuria,neq; dolus, l.j.§.vſq; adeo,ff.de iniur.& l. cum donationis,C.de tranſac.Itẽ intelligerem præmiſſa vera eſſe,niſi vxor,filia,ſoror, & ſimiles palam corporis ſui quæſtum facerent,iuxta text. in l. palam.ff.
49 de ritu nup. quia tunc donatarius † non videtur inferre donatori iniuriam,ſi tanquam ad meretricem,non tãquam ad vxorem vel filiam donãtis accedit:quia ſi tales ſint meretrices, iã bona fama donatoris denigrata eſt. Vnde non magis videtur poſſe denigrari,l.nam & ſi ſub conditione,§. poſt defectum,ff. de iniuſt.rup teſt.& ſic non dicitur donatarius inferre atrocẽ iniuriã ergo non debet ex tali cauſa priuari donatione. Ex quo dubito,de eo,qđ decidit And.de Iſer.in d.c.j.§ j.qua.f̃r feu.amit. vbi decidit,ꝙ vaſallus adulterans vxorẽ,aut filiam, aut ſororẽ dñi,priuatur feudo, ẽt ſi ſint meretrices.Nam iſtud vr̃ falſum per ꝓdicta,maximè ſi donator ſciret tales meretricari. Nã maritus retinẽs vxo. adulteratã cenſet̃ quaſi leno vxoris ſuę,& facere qſtum de ea,c.ſi vir,ex̃ de adul.Item intelligo ꝓmiſſa ꝓcedere,niſi donator ẽt adulteraſſet vel defloraſſet vxorẽ, aut filiã donatarij,quia paria delicta mutua compẽſatione tolluntur,l. viro atq; vxore, ff.ſol.ma.c.intelleximus,de adul.

Duodecimò ſequendo verba literæ ibi,vel manus impias inferat;qro,quid ſi inferat impios pedes,an ꝓcedat iſta lex?videretur,ꝙ non,quia eſt l.pœnalis & exorbitans,ergo reſtringẽda, non aũt amplianda,l.quod vero,l.ius ſingulare,ff.de leg.regula, quæ a iure,&c.reg.odia,de reg.iur.lib.vj.ꝯrium determinat Card.& alij *cõmuniter* in c.fin.de don.adducentes.deciſ.gl. in ſimili,in c.ſi quis ſuadente Diabolo,xvij.q.4.in ver.maius. poterant etiã adducere bonum text.in l.qua actione,§.i.ad leg.Aquil.nã iſta iura potius cõſiderarunt effectum illatæ iniuriæ vel violentiæ,ꝙ modum inferendi.vel author expreſſit modum,quo magis cõiter ſolet inferri iniuria,vnde non ꝓpea cẽſent̃ excluſi alii modi,iuxta gl.no.in l.i.ver.ſpõſam, ff. de rapt.virg. cum ſimilibus.Nam poſſeſſio a pedibus dicitur,quia cõiter a pedum poſitione acquiritur,l.i.in prin.ff.de acq.poſſ. & tamen aſpectu, affectu,vel per cõſtitutum,etiam acquiri põt,d.l.§. ſi iuſſerim,
50 & l.qđ meo,ff.eo.Nam quantũ † ad ingratitudinẽ incurrendã paria ſunt percutere vel pedibus,vel manibus,ergo habebit locum diſpoſitio huius legis editæ contra ingratos, ſicut ſtatutũ editum ꝯ effodientem oculum,vel trũcãtem membrũ alicui, habet ẽt locum ꝯ non effodientem vel truncantem.ſed taliter offuſcantem vel debilitãtem,ꝙ perdatur vſus oculi,vel mẽbri,
51 quia † paria ſunt in totum extinguere, vel inutilem reddere,l. binas ædes,ſ.& ibi Flor.ff.de ſerui.vrba.prædio.

Decimotertiò quæro,quid ſi ipſe non intulerit impias manus,ſed inferri fecerit ab alio? videtur non eſſe locum huic legi:quia quando requiritur,ꝙ aliquid fiat propriis manibus,non ſufficit,ꝙ fiat per alium.l.iubemus per hanc,C.de erog.mili.an no.lib.xii.In contrarium eſt ipſa veritas, quia ita ingratus eſt, qui iniuriatur per alium benefactori ſuo,ſicut qui per ſe ipſum, l.i.§.deiecıſſe,ff.de vi,& vi arma c.cum ad ſedem,de reſtit.ſpol. Nam qui mandat clericum percuti,ita excommunicatus eſt,ſi
52 cut ſi ipſe percuteret,c.mulier,de ſen.excom.& ſi vaſallus † fecerit percuti dñm per alium,priuatur feudo,ſicut ſi ipſe percuſſiſſet,ſecundum Iac.Alu.in c.i.§. porro,quæ ſue.prima cau. benefi.amit.facit text.in l. hæc verba,ff.de adul. & in c.2.de cle. pug.in duel.& reg.qui facit per alium, de reg.iur.li.vj. Magis.n. peccat qui per alium offendit,quàm per ſe ipſum, vt oſtendit Alb.Gand.in tracta.malefi.ſub rub. de pœnis,col.3.& non ſo-
53 lum iniuriarum tenetur, † qui percuſſit,ſed & hic,qui dolo fecit,vel curauit,vel cui mala pugno percuteretur,l. non ſolum, ff.de iniu.in princip.

Decimoquartò quæro,quid ſi non percuſſit,ſed manũ vt ꝑcuteret ſupra donantem eleuauit? vr̃ non eſſe donatione priuãdum,quia verba legis non ꝯueniunt cum nõ percuſſerit,ergo nec cõueniet diſpõ,l.4.§.toties,ff.de dam infec.l. qđ cõſtitutũ, ff.de teſta.mili.& hac rõne Aluar.in d.§ porro, tenuit vaſallũ, qui manum eleuauit in dñm,non eſſe feudo priuandũ,ſi nõ ꝑcuſſit.Breuiter,ſi qratur, an priuari poſſit quaſi impias manus intulerit,dicendũ eſt,ꝙ non:quia manus,ꝗ non percuſſit, non põt dici impia.Si vero quæratur,an priuari poſſit,qa iniuriatus ſit donatori:nam qui eleuat manum in alium quaſi verbera-
54 turus,tenetur † iniuriarũ,l. item apud Labeonẽ,§.j.ff. de iniu. quem tex.dicit non eſſe alibi ibi Bar. & Iaſ.in l.j.§.j in fi.ff.quod quiſque iur.& regiſtratur in canone,ſi quis pulſatus,de pœ. diſtinct.j.tunc conſiderandum eſt,an ex tempore,loco, vel perſona,dici poſſit atrox iniuria,vel ne, vt in §.atrox,Inſtit.de iniur. & in l.prætor,§.atrocem,ff.eo.

Decimoquinto qro,quid ſi non percuſſit corpus,ſed ſcidit, vel lacerauit veſtimẽta,quibus donator indutus erat? Rñdeas
55 † donationẽ reuocari,ſi ex perſona videatur atrox iniuria,l.ſed & qõnis,ff.de iniur bene facit quod dixit gl.in c.ſi qs pulſatus, de pœ.diſt.j.ſed an reuocetur tanꝗ intulerit impias manus in donatorem?videtur,ꝙ nõ,arg.l.i.§.hæc autem verba,ſi.de his,ꝗ
56 deie.vel effu.& ibi Alb.infert ad ſtatutum,ꝙ † vulnerãs aliquẽ, puniatur certa pœna,vt non habeat locum, ſi enſe ſciderit veſtes.Et idem tenuit Alb.de Roſ.in 2.ꝑte ſtatu.q.xlix.In ꝯriũ facit,quia offenſa dr̃ fieri in perſonã,qñ tangitur,vel veſtis cohærens perſonæ,arg.l.2.ff.de ſep.vio.& l.quæ religioſis,ff.de rei vẽ. Et ego dicerem,aut donatarius lacerauit,vel ſcidit veſtimenta. volens offendere perſonã,licèt non offenderit,& dicat̃ itulıſſe impias manus in donatorẽ.Aut ſolũ volebat lacerare veſtes,& non offendere perſonã,& tũc ſolũ tenetur iniuriarũ.Ita colligo velle Bar.in l.licitatio,§.illicitè,ff.de pub.

Decimoſextò quæro,quid ſi manũ intulit in res,quas donator in ſuis tenebat manibus?Gl.in ver.& inferat.ſ. vulnerando, ſentit,ꝙ non reuocetur donatio,& veriſſimũ eſt,ſi res non ab-
